

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

Commentarius quomodo possit adulator ab amico internosci

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

quasi manu ducant, & orationem alterius veluti initium ac
 semen accipientes enutriant atque augeant. Non enim vt
 vas, ita mens quoque impleri opus habet, sed fomitem tan-
 tum & alimentum (sicut materia effectoris eget) requirit
 5 qua incitetur ad inueniendum, & ad veritatis indagatio-
 nem feratur. Sicut ergo fatuus sit qui à vicino ignem petēs,
 inuento ibi splendido foco perperud adsideat & se calefa-
 ciat. ita si quis ad alium accedens discendi causa, non existi-
 met suum se peculiare sibi lumen debere accendere in sua
 10 mente, sed gaudeat auditione, eaque se oblectans magistro
 semper adsideat: is ruborem quidem nitoremq; opinionis
 quendam audiendo sibi parat, sed internam animi ærugi-
 nem flammis non excoxerit, neque caliginem luce philo-
 sophiæ dispulerit. Quòd si igitur alio præcepto vsus est ad
 15 rectam audiendi rationem, oportet nos huius quod modo
 exposui memores, simul cum discendo inueniendi exercere
 facultatem. vt cum statuerimus principium rectè viuendi
 esse rectè audire, habitum nobis non sophisticæ ostentatio-
 nis aut nudæ cognitionis, sed animo impressam, philoso-
 20 phicumq; paremus.

PLVTARCHI COMMENTARIVS, QVOMO-
 do possit adulator ab amico internosci.

25 **A** PVD Platonem est, Antioche Philopappe, veniam
 omnes dare ei, qui sui sese maximo teneri amore
 profiteatur: verum præter alia hoc summum ex
 amore tali vitiū in animo hominis existere, quod
 iustus sui ipsius incorruptusq; esse iudex nequit. cæcus enim
 30 est rei amatæ cognitor qui amat: nisi quis adsuerit pul-
 chra potius in precio habere ac sectari, quam cognata quæ
 sint & domestica. Hoc vitium adulatori sub specie amici se-
 se ingerendi magnam aperit fenestram opportuna ad nos
 subigendos arce videnti nostro amore nostri: qui amor fa-
 35 cit, vt quisque sui ipsius assentator cum sit primus atq; ma-
 ximus, non difficulter admittat externum, quem putat ac
 vult esse sibi atque accedere testem adstipulatoremq;. Cui
 enim obijcitur quòd adulatoribus delectetur, is seipsum
 valdè amat, atque ob benevolentiam omnia sibi vult ad-
 esse, omnia putat ea, quæ velle quidem habere non est ab-
 k surdum,

Lib. 5. de
 leg.
 Amor sui.

Ibidem.

surdum, opinari autem se ijs esse perditum, periculosum est,
 multamque requirit cautionem. Quod si veritas res est, vt
 ait Plato, diuina, omniumque bonorum & dijs & homini-
 bus principium, apparet dijs inimicum esse adulatorem,
 Pythio præ cæteris Apollini. impugnat enim semper hanc
 vocem, Nosce teipsum, animum vniuscuiusque decipiens
 ignoracionemque ingenerans bonorum ac malorum que
 ei adsunt, propter quam necesse est & bona mutila imperfe-
 ctaque, & mala profusa inemendata relinqui. Quod si, vt
 pleraque, alia solent res mala, adulator aut solus, aut præci- 10
 puè adoriretur ignobiles, atque viles homines: non ita peri-
 culosa esset ea res neque adeo difficilis euitatu. Nunc, quem-
 admodum teredines lignis innascuntur potissimum teneris
 atque dulcibus: ita ferè generosa ingenia, & frugi atque
 placida adulatorem recipiunt aluntque adhærescentem. 15
 Atque vt Simonides ait, equos alendi studium non lecy-
 tho comitari, sed agris frugiferis: ita videmus adultores
 non pauperibus se adiungere, aut inglorijs & plebeis, sed
 magnarum familiarum rerumque amplarum ruinam hanc
 morbumque esse, qui saepe etiam regna imperiaque sub- 20
 uerit. Quare non paruum est negocium, neque prouiden-
 tia indigens exigua, ita adulationem considerare, ne cum
 adeo sit agilis, amicitiam lædat aut criminibus obnoxiam
 reddat. Etenim pediculi morientes deserunt, abeuntque ab
 eorum corporibus, extincto quo alebantur sanguine. Sed 25
 nunquam omnino videbis adultores eò se conferre, vbi
 res sunt accisæ & homines frigent. vbi gloria est & poten-
 tia, eò aduolant, ibique augentur, & mutante fortuna cele-
 riter disfluunt. Non est autè res ad illud vsque experimentum
 trahenda, quod inutile sit, adeoque damnosum, neque pericu- 30
 lo careat. Durum est enim in eo temporis articulo sentire non
 esse, qui putabantur, amicos, quando res non sinit incon-
 stantem & ficticiam constantem ac probò permutare. Sed sic
 ut nomisma, ita amicum oportet habere antè quam vsus
 postulet probatum, non ipso vsu reprehensum. neque damno 35
 accepto sentire debemus, sed peritiam cognoscendi adula-
 toris habere, ne lædamur. Alioquin idem nobis vsu veniet
 quod ijs qui gustato demum veneno sentiunt id esse lethale,
 iudiciumque ipsi hoc suo constat exitio. Nam neque hos
 probamus, neque eos qui amicitiam honestate ac vtilitate me-
 tientes,

*Adulato-
 res optimis
 insidari.*

Cautio.

trientes, putant adultores ipso facto se deprehendisse eos, qui blandè ac gratiosè conuersantur. Non enim insuauis esse debet amicus aut inconditus, neq; grauitas austeritas que amicitia morum acerbitate constat: sed ipsa illa eius pulchritudo atq; grauitas, suauis est ac desiderabilis, *Non omnes esse adultores, quò sunt secūdi aut lamdant.*

Quam iuxta Charites, sedes posuitq; Cupido.

neque soli ei qui est in calamitate,

Faciem intueri dulce hominis est beneuoli,

sicut ille apud Euripidem ait: sed vitam comitatur amicitia nō minus voluptatem rebus lætis adiiciens ac gratiam, quā aduersis dolores difficultatesq; adimens. Atq; vt Euenus dixit omnium condimentorum optimū esse ignem: ita Deus amicitiam vitæ admiscens, omnia læta, dulcia ac grata vt essent amico præsentē vnāq; fruente fecit. Et verò qui voluptatum occasione obrepere vellent adulator, si nosser amicitiam nihil iucundi vsquam admittere? Sed sicut quæ aurum mentiuntur & adulterina sunt, fulgorem tantū auri atq; nitorem imitantur: sic adulator suauitatem venustatemq; amici imitans, semper hilarem se ac renidentem præbet, nunquam resistens, nunquam repugnans. Itaq; non statim debemus adulationis suspectos habere qui cumq; laudant. non minùs enim suo tempore laus amicum, quā oburgatio decet. Quinimò morositas ac ad quæuis reprehendendum procliuitas, ab amicitia est & cōsuetudine res aliena. Quæ autem beneuolentia liberaliter atq; alacriter laudem laudè dignis tribuit, huius etiam in reprehendendo libertatē facilè & sine molestia perferimus ac probamus, credentes necessitate ductum increpare, qui in laudando fuit facilis. Operosum est ergo, dicet aliquis, adulatorem ab amico internoscere, si neque voluptatem afferendo, neque laudando differunt. nam & in ministerijs & in obsequijs videmus sæpe adultores amicis esse celeriores. Quidni verò sit, inquam, difficilè? Siquidè agimus de vero adulatore qui artificiosè & cū quadam calliditate rem gerit: neq; cū vulgo eos intelligimus adultores, quos antolecythos & mensarum vocamus asseclas, ac qui post datam manibus aquam verba eorum referunt quibus assentantur: quorum ad vnicā patinam ac calicē illiberalitas scurrilitate & impudicitate comitata sese prodit. Nō enim, puto, necesse erat Melanthis Alexandri Phærei parasitum adsentationis conuincere:

qui interrogantibus quomodo confossus esset Alexander, respondit, Per latus in ventrem meum. neq; eos qui circa opulentam mensam in orbem versantur, quos neq; ignis atterere, neq; æs ferrumve potest à petenda cœna. neq; adulatorices Cyprias, quæ postquam in Syriam transuerunt, climacides (quasi scalaris dices) appellatæ sunt, quòd scalarum loco essent regum vxoribus, ijs se submittentibus, vt per ipsas hæ vehicula conscenderent. Quem igitur oportet cauere? Eum qui neque videtur, neque profitetur se adulari: quem non deprehendes circa culinam oberrare aut vmbra metiri vt cœnæ tempus exploret, aut ebrium quouis modo sese profternere: sed plerunque sobrius est, curiosè agit, & actio-
 nus vult esse socius, arcanorumq; particeps: & in summa tragicus est, non satyricus aut comicus histrio, amici personam gerens. Sicut enim Plato ait extremæ esse iniusticiæ, iustum videri neque esse: ita & hæc periculosa est existimanda assentatio quæ fallit, non quæ aperta est, & quæ serid, non quæ ioco agit. Hæc enim veræ quoque amicitia plurimum fidei derogat, sæpe eodem recideti, nisi animum aduertamus. Gobrias cum mago, quem persequebatur, in obscuro delatus conclaue ac colluctans, Dario superuenienti ac qui magum altero saluo iugularet non reperienti, mandasse fertur, vt vel per vtrumq; exigeret mucronem. Nos autem, quando minimè gentium dictum illud, Perceat cum inimico amicus, probamus: adulatorem multis similitudinibus cum amico implicatum cupientes auellere, summo studio cauere debemus, ne aut cum malo bonum abijciamus, aut dum vtilibus parcimus, in id incidamus quod est noxium. Sicut enim agrestia semina quæ tritico permixta eiusdem cum eo sunt figuræ ac magnitudinis, difficulter secernuntur, cum aut non excidant per angustiora cribri foramina, aut per ampliora vnà cum tritico excidant. ita adulatio amicitia sese admiscens similitudine omnis affectus, motus, vsus, atq; cõsuetudinis, difficulter deprehenditur. Enimverò quia omniũ rerũ suauissima est amicitia, nihilq; plus adfert lætitiæ, ided adulator etiam voluptatibus delinit, in ijsq; administrandis est. Et quia gratia vsusq; amicitiam consequitur, quam ob rem dicimus igne magis & aqua necessarium esse amicum: iccirco adulator ministerijs sese vltro offert, conaturq; summo studio officiosus, impi-

Adulatorum artes.

Adul-
 impig-
 curat-
 im-
 uelut-
 nes-
 com-
 orat-
 adeo-
 10
 Id-
 nis-
 prius-
 amicitia-
 15
 tatem-
 nos-
 tem-
 de-
 20
 materia-
 bus-
 minibus-
 coloribus-
 25
 tem-
 quosdam-
 amplexum-
 30
 Ergo-
 35
 rui-
 gunt-
 rum-
 cando-
 papi-

impiger, promptusq; videri. Ac quoniam principium amicitiae ac stabilitas in similitudine studiorum ac morum maxime consistit, earundemque omnino rerum appetitio aut auerfatio ob affectuum animi similitudinem primò homines coniungit ac continet: hoc sentiens adulator, seipsum veluti materiam quandam componit atque conformat, accommodare se ac affingere studens imitatione ijs quos adorat, mollis & facilis ad repraesentandos similitudine eos, adèd vt diceret:

10 *Non filius Pelida, Achilles ipseus es.*

Id verò astutissimè agit, quòd intelligès libertatem sermonis & dici & esse amicitiae, tanquam animalis alicuius, propriam vocem, sicut contra dissimulatio parù ingenua & ab amicitia aliena habètur: eam libertatè quoq; non relinquit
 15 inimitatam. sed sicut periti coqui dulces succos, ne ij satietatem gignant, amaris austerisq; condiunt: sic & adultores non genuinam, neq; vtilem, sed veluti supercilij adiectantem, ac titillantem temerè libertatem adhibent. His itaque de causis difficulter deprehèdi potest adulator, sicut & animalia ea, quae colorem mutandi facultate praedita, subiecte materiae ac locis adsimulantur. Proinde cù ille similitudinibus decipiat, sub ijsq; delitescat, nostri muneris est, vt discriminibus expositis eum detegamus atq; denudemus, alienis coloribus atq; figuris, vt Plato ait, priorum ob inopiam
 20 ornatum. Atq; hoc ab ipso arcesamus initio. Diximus autem principium amicitiae esse plerisq; animi indolisq; affectionem similem, qua eosdem mores, easdem cõsuetudines amplectimur, iisdem rebus, studijs, occupationibusq; capimur. in quam sententiam etiam hæc dicta sunt:

30 *Seni senilis vox est iucundissima,
 Pueri puer, mulieri mulier congruit,
 Aegrotus aegrotanti: cui res aspera
 Sunt, is experto calamitatem concinit.*

Ergo adulator sciens à natura insitum esse earundem rerum
 35 studium, heic primù appropinquare & contubernio eodem *Quomodo similitudine ingenij ac studiorum affectu adulator.* vti aggreditur, veluti in pascuis animali cuidam sese adiungens, sensim iisdem institutis, earundemque tractatione rerum, iisdemque studijs & viuendi eadem ratione sese applicando, conformemque exhibendo: donec tandem is, quem petir, ansam præbeat, palpantiq; cicurem se & tractabilem.

bilem exhibeat: itaq; & vituperat eas res, mores atq; homines, quibus illi offendere intelligit, & quæ placere ei sentit, ea non mediocribus sed nimis fert laudibus, ita ut cum stupore quodam se ea admirari simulet, confirmetq; se iudicio magis quàm animi subito motu alia amare, alia improbare. Quibus ergo differentijs coarguetur, deprehendeturque non similis esse aut fieri, sed similem imitari? Principio inuendum est in similitudinem instituti atque continuationem, perperuone ipsidem gaudeat, eademq; laudet, vitamq; suam ad vnum dirigat atq; exigat exemplar, sicuti decet in genium amicitia ipsidem moribus formata, cōsuetudinisq; amorem. talis enim est amicus. At verò adulator, stabilem nullam cum habeat suorum morum sedem, neque certum aliquod viuendi delegerit genus sibi quod placeat, sed quod alteri, cumque alteri sese effingat atque accommodet: non simplex est aut vnius modi, sed varius ac multiplex, ex alia in aliam subinde formâ transiens: quo modo aqua defluens subinde mutatur ad formam eorum in quâ incidit. Simias aiunt capi, dum homines imitari conantes, eorum motus & saltationes adfectantur. Adulator autem alios imitando decipit atq; illicit, non eodem omnino modo. cum alijs saltat atq; cantat, alijs palestræ se & exercitationum corporis focium adiungit. quòd si incidat in studiosum aliquem venerationis, tantum non Phædræ ista inclamans sectatur,

*Instabili-
tas adula-
torum.*

*Exrip. Hip
polyo.*

*Dij boni, maculosas ceruas
Insequens cupio canes incitare:*

neq; tamen illi quicquã cum feris rei est, ipsum venatorem in laqueos agit. quòd si adeptus est litteris ac disciplinis deditum adolescentem, totus iam in libris est, barbam ad talos vsq; demittit, pallium gestat, rerum delectum omittit, in ore sunt numeri & rectangula ac triangula Platonis. sin cum socorde aut potatore diuiter ei sit,

*Odys. x.
initio.*

Tum verò sapiens centones ponit Vlysses:

abijcitur pallium, tondetur barba velut infrugifera seges, caldaria ponuntur ac patera, ridetur in ambulationibus, & 35 dicteria in philosophantes iaciuntur. Ita ferunt Syracusis, cum eò venisset Plato, ac Dionysius infano philosophiæ studio exarsisset, regiam pulueris plenam fuisse ob multitudinem geometrica tractantium. postquam Plato gratia excidit, Dionysiusque philosophia valere iussa rursus se vino,

vino, nugis, libidiniq; & intemperantiæ dedit, confertim
 vniuersos veluti à Circe aliqua trāsformatos in scitiam, ob-
 liuionem, fatuitatemq; esse amplexos. Testimonio sunt et-
 iam gratiæ intenti tempu. gesserunt. quorum princeps Alcibia-
 des, Athenis falsè dicta iaciendo, equos alendo, vitamq; fa-
 cetam & gratiosam agendo notus, Spartæ raso capillo, pal-
 liatus, frigidaq; lotus degebat: idem in Thracia militabat
 ac potabat, vbi ad Tisaphernem ventum est, mollicie & lu-
 10 xu atq; arrogantiæ vitæbatur: hocq; modo omnes demulce-
 bat, eorum se moribus studijsq; ad similes. Talis non fuit
 Epaminondas, non Agesilaus: qui tamen cum plurimis
 versati sunt hominibus, vrbibus, moribus, suos tamen vbiq;
 mores, suum vestitum, suam victus rationem, & dicendi, vi-
 15 uendiq; retinuerunt. Atq; ita Plato etiam idem fuit Syracu-
 sis qui in Academia, & Dionysio talis, qualis Dioni. Cete-
 rum adulatoris veluti Polyphi mutationes facillè deprehen-
 det, qui se ipsum simulabit variè mutari, ac vituperata qua
 fuisset adhuc vsus, vitæ ratione subito tanquam sibi placen-
 20 tes eas amplectatur, quas priùs improbárat res, aut ratio-
 nem victus, aut genus orationis. videbit enim illum nequa-
 quam constantem aut suum esse, aut qui proprio animi af-
 fectu amet vel oderit, gaudeat vel indignetur: sed instar spe-
 culi affectuum alienorum, & vitæ institutorum ac motuum
 25 imagines recipere. Si vituperes amicorum aliquem apud
 eum, dicet: Serò deprehendisti quis esset: mihi ne antè qui-
 dem placuit. Sin mutata sententia rursus laudes, deierabit
 gratum sibi hoc esse, & gaudere hominis gratia, fidemq; ha-
 bere, Si mutandam dices vitæ esse rationem, puta à re publi-
 30 cæ cura ad ocium & quietem transeundum: Iam pridem,
 inquiet, tumultibus & inuidia debuimus nos exonerare.
 vbi rursus videberis ei ad res gerendas & dicendum te con-
 uertere, accinet tibi: Digna te ipso cogitas: ocium enim
 suaue quidem est, sed inglorium atq; abiectum. Tali statim
 35 est occinendum illud,

Nunc alius subito mihi, quam paulo ante, Sideris.

Odyss. m.

181.

nō mihi opus est amico mecum sese mutante & mea memēta
 sequente (hoc enim umbra melius præstat) sed qui verum v-
 na mecum sequatur atque dijudicet. Atq; hæc vna est ratio

Aliaratio reprehendendi adulatoris. Alterum in similitudinibus *dis-*
simulatio- crimen est obseruandum, quodd verus amicus neq; imitatur
nis depre- omnia, neq; laudat facile, sed optima dum taxat: nam, vt est
hendenda, apud Sophoclem,

Non imperus solet esse, sed amoris comes.

Nimirum enim vnâ officium facere, & adiuuare in pulcra-
 rum rerum studio cupit, non peccandi aut malitiosè agen-
 di socium se præbet: nisi inuitum, sicut solet lippitudinis,
 ita vitij quoq; aut peccati quædam ob consuetudinem affi-
 ciat contagio. quemadmodum familiares aiunt Platonis 10
 curuitatem imitatos, & balbuciem Aristotelis, & Alexandri
 regis colli inflexionem inque dicendo vocis asperitatem.
 quidam enim inprudentes morum vitæ que aliquam perci-
 piunt labem. Contra adulatori euenit quod Chamæleonti.
 Hic enim omni colori se potest similem præstare, demto al- 15
 bo. & adulator in ijs quæ operæ precium habent similem se-
 se præbere non valens, nihil non turpe imitando exprimit.
 Sed quomodo inepti pictores pulcra representare cum ne-
 queant, rugas, verrucas, & cicatrices referunt: sic adulator
 in temperantiâ imitatur, superstitionem, iracundiam, acer- 20
 bitatè aduersum seruos, infidelitatè erga domesticos & cog-
 natos. Est enim natura propèsus ad deteriora: ac præterea
 quàm longissimè à reprehendendo videtur abesse, si turpia
 imiteretur. Suspecti enim sunt qui meliora quærunt, viden- 25
 turq; iniquè amicorû ferre peccata. que tes & Dionem Dio-
 nysio, & Samium Philippo, & Ptolemæo Cleomenem inui-
 sum fecit atq; perdidit. Adulator dum vult esse ac videri iux-
 tà suavis ac fidelis, præ nimio amore fingit se ne vitia quidè
 improbare, vt eodè modo vbiq; affectus atq; eiusdem natu-
 ræ putetur. Itaq; neq; eorum, quæ nolentibus fortuito eue-
 niunt, expertes esse volunt. Sed ægrotis adulantes eodem se 30
 morbo teneri simulant: & visu se audituq; valere negant, si
 cû cæcutientibus aut sardastris viuant: sicut Dionysij adu-
 latores lusciosos se fingebant, aliusq; in alium impingentes
 inter cœnandû parophides de mentis deturbabât. Alij vt af- 35
 fectus magis æquent, altius penetrant, & ad arcana vsq; eod-
 em se modo affectos esse fingentes procedunt. sentientes
 enim aut coniugium eius cui blandiuntur infelix esse, aut
 de liberis eum vel domesticis sinistra suspicari: ipsi quo-
 que sibi non parcunt, sed de suis liberis, aut vxore, cogna-
 tis,

Adulator
turpium
imitator.

Ad
 tis, familiaribus
 censent. Simulatio
 itaq; alter quæ
 miratur adulator
 fuit. Ego vero
 ipse quoque
 dit eum clam
 gere. Quare
 qui canoro mag
 10 bica hæc:
 Adulatio
 Parati enim est
 prauum: vt a
 15 orationis hanc
 imitationis hanc
 imitatur, tam
 enim veri sum
 inuidia: sed
 20 molestiam
 bique seculi
 semper
 linquat. ca
 dicat ac si
 25 gitan: si sup
 infans: si
 in bonis reb
 medicame
 tarum. Ex
 30 sumque
 Simulatio
 gregum
 certare
 35 similitudo
 docuit
 bonis m
 trofian: ag
 tem erit
 remus hanc

tis, familiaribusve arcana quædam crimina cum lustu recensent. Similitudo enim facit vt maiore affectu conspirēt. itaq; alter quasi obsidibus iam acceptis aliquid arcani committit adulatori, ac deinceps eo vtitur, ac fidem fallere metuit. Ego verò noui qui amico suam vxorem eiiciēte, suam ipse quoque repudiauit. Sed tamen amici vxor deprehendit eum clam istam inuisere ac per internuncios cum ea agere. Quare quid rei esset adulator non habebat cognitum qui cancro magis quàm adulatori conuenire putabat Iambica hæc:

*Nihil est nisi venter corpus omne, prospicit
Partes in omnes bestia, reptat dentibus.*

Parasiti enim est hæc effigies, amici circa sartagine[m] & post prandium: vt ait Eupolis. Verum hæc in suum reiiciamus orationis huius locum. Id verò commentum adulatoris in imitationibus non prætereamus, quod etiam si quid boni imitatur, tamen ei cui assentatur palmam relinquit. Qui enim veri sunt amici, apud eos nulla est obrectatio, nulla inuidia: sed siue vincant rectè agendo, siue superētur, citra molestiam sus deque ferunt. Adulator autem memor se vbi que secundas agere partes, similitudinem ita affectat vt semper inferior sit, primamq; laudem & palmam alteri relinquat, exceptis prauis rebus. In his enim priores sibi vendicat. ac si ille se morosum dicat, se profitetur atrabile exagitari: si superstitiosum, se diuinitus exagitari: si amare, se insanire: si intempestiuè risisse, se risu emortuum. Contrà in bonis rebus, se ait velocem cursu, illum autem volare. se mediocriter equitare, sed quid hoc ad equitem hunc centaaurum? Ego, inquit, ad poësin nō inepto sum ingenio, verum sum que condo non pessimum,

Sed mihi non datur, est posse tonare Iouis.

Simul enim & institutum eius videtur pronunciare esse egregium dum id imitatur, & vim æquari non posse, dum certare conatur succumbit. Atque hæc sunt, quibus in ad similitudo ab amico differt adulator. Quando autem, vt docuimus, voluptas etiam vtriusq; cōmunis est, (vir enim bonus nō minus delectatur amicis, quàm adulatoribus vitiosus) agedum hic quoq; discrimen constituamus. id autem erit, voluptatis ad finem relatio. Atq; hoc ita consideremus Inest in vnguento gratus odor, inest etiam in medicamen-

eamto. Sed hoc interest, quod illic tantum ad voluptatem refertur, neque vilius præterea rei gratia inest: hic autem ei, quod purgandi corpus, aut calefaciendi, aut carnem reparandi facultatem habet, accedit. Rursum pictores floridos colores admiscunt: sed & medicamenta sunt quædam in conspectu florido, & colore minime ingrato. at discrimen in promptu est, quod sine scilicet utilitatis differunt. Ita amicorum quoque, mutua delectationes voluptatem habent quasi efflorescentem in re aliqua pulchra & utili. aliquando etiam honesti ac virtute præditi homines iocis, conuiuio, vino, risu, atque adeo etiam nugis inuicem veluti condimentis videntur, in quam sententiam dicta sunt hæc,

Hi se oblectabant grato sermone Socrisim. &
... neque nos iam res disuelleret illa,

Quin nos colloquis oblectaremur amicis.

Adulatoris autem is finis, hoc opus est, ut subinde iocum aliquem, aut actionem, aut sermonem voluptatis gratia & ad parandam voluptatem quasi coquat atque condiat. Vtque vno verbo rem totam complectar, adulator omnia putat sibi facienda esse ut delectet: verus amicus semper id agens quod debet, sæpe delectat, sæpe molestus est, non quod ita velit, sed quoniam ita usus fert. Sicut enim medicus ubi res poscit crocum nardumve adhibet, & aliquando leni lauacro alimentoque grato vitur: nonnunquam his omnis castorium iniicit,

Aut polium, terram latè quod saccat odorem.

aut veratrum tritum potui exhibet: quod neque hæc molestiam, neque ibi voluptatem finis loco sibi proponit, sed vtroque utilitatem eius respicit quem curat: sic & amicus alicubi laudando & gratiosè predicando atque delectando ad honestum incitat, ut ille:

Carum Teucre caput, populi Telamonie princeps,

Hoc calamos torqueto modo. --- & alius,

Quoniam diuini pacte obliuiscar Physis?

Rursum ubi correctione opus est, mordacem sermonem, libertateque curatore dignam vsurpat.

Quid frustra iulianus, & præter rem Menelæ?

Aliquando etiam factum verbis adiungit. Sic Menedemus Aesclepiadæ amici filium intemperatam & dissolute viuentem foribus exclusum non dignatus alloquio, in rectam viuendi

Iliad. O,

21.

Iliad. I. x,

243.

Iliad. n,

109.

viuendi viam redegit. Et Arcesilaus Batto schola interdi-
 xit, cum is in comœdia versum in Cleanthem fecisset: in-
 que gratiam tum demum recepit, cum is mutato facto
 Cleanthem placasset. Oportet enim bene merèdo amicum
 offendere, non lædèdo amicitia abolere: sed eo quod mor-
 det uti tãquam medicamento, quo feruetur & sanetur qui
 curatur. Itaq; amicus musici instar mutationib. ad pulcrũ
 & utile accommodatis aliàs intendendo, aliàs remittendo,
 sepe quidem delectat, semper autem prodest. Sed adulator
 10 quasi vnica tantum nerui intentione idẽtidem solitus eam
 vocẽ reddere, quæ delectet & grata sit, neq; factõ repugna-
 re, neq; verbo molestus esse nouit, semper cum eo cõcinit,
 eumq; affectatur cui blandiri statuit. Quemadmodum igitur
 Xenophon Agesilaum ait eorum habuisse collaudatio-
 15 nes gratas, qui & culpã per occasionem vellet: ita eum
 amicẽ delectare ac gratificari censeamus, qui aliquando
 etiam molestia afficere & aduersari possit. eam verò cõsue-
 tudinem, quẽ continentibus blanditiis vsa omni morfu car-
 20 ret, vitii suspectam habeamus. Sitq; nobis in promptu il-
 lud Laconis dictum, qui cũ rex Charilaus laudaretur, Quis,
 inquit, iste probus sit, qui ne malis quidem acerbus est?
 Tauris ferunt asilum sub aures subire, itemq; canibus ri-
 cinum. & adulator aures ambitiosorum laudibus occupas
 25 iisq; adhærens, non facillẽ depellitur. Itaque ibi maximẽ
 iudicium est adhibendum sobrium atq; cautum, vt discer-
 namus hõ: õne laudetur an actio. Rem ipsam laudari in
 30 telligemus, si absentibus potius fiat quàm præsentibus no-
 bis: si eadem ipsi volentes atque affectantes non nos mo-
 dõ, sed omnes idem institutum tenentes sectentur, neque
 nunc alia, alia põst agant aut dicant: & (quod maximum
 est) si nos ipsi sentiamus non duci nos pœnitudine eorum
 propter quæ laudamur, neque eorum nos pudeat, neque
 contrarium potius nos dixisse aut egisse optemus. Inter-
 num enim iudicium animi nostri laudi reclamans, eam-
 35 que non admittens, nullo affectu trahitur aut mouetur,
 neque potest ab assentante corrumpi. Sed nescio quo pa-
 cto fit vt plerique cum in calamitatibus cõsolationes non
 admittant, magisq; delectentur iis qui vnã lamentantur:
 iidem si quid peccauerint aut deliquerint, pro inimico at-
 que accusatore habeant quicunque reprehensione ac vi-
 tupera-

*Laudatio-
 nem exa-
 men.*

tuperatione mordere, & ad poenitentiã trahere cupit: laudantem autem, & facinus verbis comprobantem amplectantur & beneuolũ amicũ quẽ sibi ducant. Sed qui factum tamen aut dictum alicuius siue seruum siue iocolum facillẽ laudant ei quẽ applaudunt: ij tantũ in re præsentis sunt noxiũ. Qui autem ad ingenium ipsum laudando penetrant, & à moribus ad indolem pertingunt: idem ij faciunt quod serui qui non aceruo sed semini aliquid furtim detrahunt. indolem enim quã initium est ac fons vitæ degendæ peruertunt, dum nomina virtutum vitiiis imponunt. Equidẽ scribit Thucydides in seditionibus ac bellis nomina hominum æstimatione à consueta fuisse significatione detorta ad res alias. audacia enim rationis expertis, habita fuit pro fortitudine, prudẽs cunctatio pro timiditate speciosa, modestia pro molliciei prætextu, & callida in omnibus rebus adhibita accuratio pro summa ignauia. Ita in adulationibus quoque obseruandum est, quod prodigalitas liberalitatis vocabulo, timiditas cautionis, temeritas celeritatis, sordes frugalitatis, amoribus deditus consuetudinis amantis & ad caritatem propensi, iracundus ac superbus animosi, vilis humanis quẽ humani titulo afficitur. Sicut & Plato alicubi ait amatorem amasti adulatorem, simo gratiosi, aduncum habenti nasum regii, nigro virilis, albo deorum filii imponere nomen: denique planè adulatoriè ab amatore mellei coloris dici pallidos verbo palloris odium minuente, & bonum consulente. Sanè deformis persuaderi sibi sinens formosum se esse, aut paruus magnum, neque diu in errore eo persistit, & damnum leue neque irreparabile accipit. Laus autem quã vitiiis adsuëfacit dum pro virtutibus habentur, ita vt non dolori nobis sint, sed delectationi, & quã verecundiam peccantibus auferit: ea inquam ratio laudandi effecit, vt Dionysii & Phalaridis tyrannidem Siculi iustitiæ ac odii in malos nomine ornarent. eadem Ægyptum perfundedit, mollitiẽ Ptolemæi ac furiosam superstitionem, vlulatus quẽ, & liliorum ac tympanorum impressas in corpore notas, pietatis erga deos cultus quẽ numinum appellatione velans. Eadem eodem tempore parum absuit quin Romanorum mores corrumpere atque perderet, luxum Antonii, & intemperantiã, & publicas profusiones pecuniæ voce molli actiones hilares atque humanitatis plenas appellans,

*Appellatum
abusus.*

*s. de re pub.
non procul
sine.*

appellans, hominis liberaliter sua potentia fortunaq; vtentis. Quid verò aliud Prolemæo capistrū tibicinis fistulāque appendit, quid Neroni scenam erexit tragicam, Iaruaque & cothurnos induit, quā adulantium laudes? an non pleriq; reges dum cantillarent, Apollines, dum ebrii essent, Bacchi, dum palæstram exercebant, Hercules salutati, iisq; gaudentes nominibus assentando ad extremā sunt adacti turpitudinem? Quapropter maximè vbi laudat cauendum est ab adulate. Idq; non fallit adulatorem, sed callidus suspicionem cauere, vbi in delicatulū aliquem agrestē ve incidit, suilla cute crassa amictum: ibi tum quanto potest flatu adulatur. vt Struthias calcans Biantem, eiusq; stupiditati laudationibus insultans: Alexandro rege amplius bibisti, & risu ad Cyprium decolans. Ceterum elegantiores adortus adulator, cum hos videt hunc locum hancq; occasionem potissimum obseruare, nō rectā laudationem profert, sed longis in orbem ambagibus vsus accedit, veluti citra strepitum tacturus pecus aliquod atq; tentaturus. Modò enim aliorum quorundam de ipso pronunciatas laudes refert, rhetorum exemplo aliena vsus persona: periurandum, inquit, mihi fuit in foro cum peregrinis, vel senioribus colloquium, qui de te multa in bonam partem non sine admiratione tui dixerunt. Modò leues & falsas aduersus eum criminationes confingens se ex aliorum habere dictis, studiosè accedit, ac interrogat, vbinā tale quippiam egisti aut dixisti? inficiantemq; vt fieri solet, iam oblata ex ipsa inficiatione laudandi occasione, sic demulcet: Ego sanè mirabar te malè dixisse familiarium alicui, qui ne inimicis quidem soleas: aut si tu alienis inhiasses, qui de tuo adeò es liberalis. Iam sicut pictores lucida atque splendida appositis vmbrosis & tenebrosis reddunt illustriora: ita adulatores dum aduersa bonorum proscindūt maledictis, aut traducunt atq; derident, occultè eorum quibus assentantur vitia laudant atque fouent. Nam apud homines luxu perditos, auaros, maleficos, & opes turpibus malisq; rebus confectos, modestiam vituperant sub rusticitatis nomine: & eos qui suis contenti facultatibus iuste viuunt, nihil animi aut virium ad res gerendas habere criminantur. si cum socordibus ociosoque deditis & mediocrem in ciuitate stationem subterfugientibus versentur, non pudet

*Artes adu-
latorū in-
fidiōsè lau-
dantium.*

eos administrationem reipub. denominare alienarū rerum laboriosam tractationem: & honoris studio, sterilis gloriolæ ambitionis nomen indere. deniq; etiam rhetorica quadam adulandi arte philosophum traducunt: & inter impudicas niuierculas palmam merentur, dum vno contentas marito, eiusq; solius amantes, Veneris expertes agrestesq; vsurpant. Ea verò est summa malicia, quòd ne sibi ipsis quidem parcunt adulatores. Sicut enim luctatores corpora sua demittunt, vt alios prosternant: sic seipos illi vituperando obrepunt ad alios laudandos. Ego, inquit, in mari timidū sum mancipium, ad labores animū despondeo, insano præira maledictis impetitus. verū iste nullo terretur periculo, omni caret vitio, homo est singulari ingenio, omnia fert æquo animo ac citra molestiam, Quod si quis sapere se præclare existimās, cupiensq; videri austerus & à proprio pendens iudicio, rectitudine quadam rationis subinde illud obicit,

Iliad. n.
249.

*Nec me Tydida nimia tamen affice laude,
Nec nimium cultu.* --- non iam eadem hunc via adortur adulator, sed aliam adhibet machinam. Accedit enim eum de reb. priuatis vt pote prudentiorem, consultius & habebā quidem, inquit, alios magis familiares, necessitate tamen cogor te interpellare. nam ad quem alium confugeremus consilio indigentes, aut cui potius credamus? auditodeiade eius responso ita discedit, vt non sententiam se, sed oraculū reportare dicat. Aut si eum peritiā affectare artium dicendi senserit, aliquid ei abs se cōpositum exhibet, orans id vt legat atq; emendet. Mithridati regi, cum is rei medicæ studeret, nonnulli sociorū secandos se vrendosq; præbuerūt, factò, non verbis adulantes. testimoniū enim peritiæ eius ferre videbantur, quòd sese ipsi crederent. adeo

Mul. a sunt rerum diuinarum forma.

Eurip. sine Alceſtidis. Cæterum genus hoc occultatarum laudationū, quod cautionem requirit astutiore, vt redarguas, dedita opera propones consilia, argumenta, correctiones, absurda omnia nihil enim refellens, sed omnibus annuens, atque omnia admittens, & ad singula exclamans bene ac sufficienter habere, deprehenditur liquidò

Rogasse compositio, atq; aliud scilicet,
nimirum quò laudandi inflandique nancisceretur occasio
nem.

nem. Porro sicut nonnulli dixerunt picturam esse mutam *Tacitæ*
 pœsin: sic etiam assentatio tacentem laudationem quan *laudes.*
 dam habet. Quemadmodum enim venatores, dum non ve-
 nari se, sed iter facere, aut pascere, aut agrum colere fingunt,
 5 facilius feras latent: ita adulescentes laudando tum maxime
 penetrant, cum non laudare, sed aliud aliquid agere putan-
 tur. Qui enim accedenti sella locove decedit, aut ad sena-
 tum populūmve verba faciens, vbi videri diuitem aliquem
 accedere, oratione abrupta huic suggestum & dicendi co-
 10 piam traditis tacendo melius quam si vociferaretur, prio-
 res se huic prudentiæ partes deferre ostendit. Itaque vide-
 re licet qui in auditoriis ac theatris prima sedilia occupant,
 non quod se iis dignentur, sed vt diuitibus inde assurgen-
 tes atque concedentes, adulentur. Alii in congressionibus
 15 & confessionibus initium dicendi faciunt: deinde si quis po-
 tens, diues, aut nobilis contra differat, facilius tanquam
 meliori assentiuntur, suamq; retractant sententiam. Qua-
 re apprimè necessarium est huiusmodi cessiones locorum
 & victoriæ arguere, non peritiæ, virtuti, ætati ve, sed diuitiis
 20 & gloriæ delatas. Etenim Apelles pictor assidenti sibi Me-
 gabyzo, & de linea nescio quid vmbraque, volenti differere:
 Nonne vides, aiebat, puerulos istos qui melidem terunt?
 tacenti sibi admodū iij fuerunt intenti, purpuram aurūm-
 que admirantes. nunc te ridet orsum loqui de rebus iis
 25 quas non didicisti. Et Solon Cræso de felicitate perquiren-
 te, Tellum quendam obscurum Athenis hominem, Bitonemq;
 & Cleobin ipso pronunciauit feliciores. Atqui adu-
 lator reges, diuites ac magistratum gerentes, non fortuna-
 tos modò & beatos, sed & prudentia, arte, virtuteq; omni-
 30 bus superiores affirmat. Iam Stoicos quidā ne audire qui-
 dē sustinent, sapienti simul diuitis, pulcri, nobilis, regis no-
 men attribuentes. adulescentes verò diuitem iuxta & orato-
 rem, & poetam, & (si velit) pictorem, tibicinemq; pronun-
 ciant, & pedibus velocem, & robustum, cadentes si cum eo
 35 lucta, & à tergo eorum manentes, si cursu certent. sicut
 Crisston Himeræus cursu cum Alexandro certans dedita o-
 pera posterior fuit, quod & animaduersum ægrè tulit rex.
 Carneades dicebat diuitum ac regum filios nihil aliud bene
 ac rectè discere, quam equitare. quippe magistri in ludis
 iis assentantur, & qui colluctatur vltro se inclinat. equus
 nulla

nulla habita ratione, priuatus an princeps, pauper an diues infideat, eum qui regere non didicit, præcipitem excutit. Stultè itaq; ac fatuè Bio, qui agrū laudando putabat se redditurū fertilē ac frugiferū potius, quàm fodiēdo & colendo. Non tamen homo absurdè facit laudans, vbi diis qui laudantur est vtile. Atque ager quidem laudando non fit deterior: hominē inflant ac perdunt qui immeritò laudant.

*Libertatē
adulator
affectat.
Iliad. ω,
100.*

Verū de his fatis. deinceps de libertate agamus. Oportuit sanè, quemadmodum Patroclus Achillis arma cū indueret, & equos eius ad pugnam educeret, solam non ausus 10 fuit contrectare Peliadem hastam: ita adulatorem quoque dum amici insignia atque cultum sibi circumponit, solam libertatem, vt gestamen amicitia eximium,

Grande, graue, & Salidum,---

intactam inimitatamq; relinquere. Nunc quando adulator 15 res reprehensiones metuunt quib. ob risum, pocula, dictoria ac iocos sunt obnoxii, ideoq; superciliosè adsentantur ac tetrico vultu, vituperationis aliquid & increpationis admiscentes: agedum hanc quoque partem examinemus. Puto autem sicut in Menandri comœdia falsus Hercules in 20 scenam progreditur, clauam gestans non validam, neq; robustam, sed figmentum quoddam inane ac molle: ita experientibus visum iri libertatem adulatoris laxam, & pondere vehementiaq; carentem, ac simile quippiam habentem cum cervicalibus mulierum: hæc enim cū videantur 25 capitibus reniti debere atque obfistere, multo magis cedūt iis ac subsidunt: & adulterina ista libertas inanem ostentans ac mendacem & intus vitiosam molem, sublimis atque inflata est, vt in sese concidens abripiat secū eum qui in ipsam impegit. Nam vera & amici propria libertas peccantes ad- 30 oritur, adfertq; salutarem & tutelarem dolorem, mellis in morē: quod cū vlcerosas partes mordeat atq; expurget, cætera vtile est ac dulce. qua de libertate suo peculiari loco dicitur. At adulator primò quidem acerbitatē quandam aduersus eos quibus insidiatur præ se fert, iracundum 35 se & implacabilem gerens. nam seruis eius difficilis est, promptusq; ad insultandum peccatis domesticorum atque cognatorum: nihil eorum qui foris sunt laudare, nihil admirari, despiciere omnia, nemini ignoscere, calumniosè ad iram alios prouocare, laudem odii in malos concepti

cepti venari, vt qui volens non facilè libertatem aduersus eos non vsurparet, aut in gratiam eorum quicquam vel faceret vel diceret. Deinde vera & graua eius cui adulator peccata omnia simulans se nescire, in exiguas & externas culpas grauitè ac cum contentione quadam & vehementia inuehitur: puta si quid supellectilis malè est collocatū, si incommodè habitat, si tonsuram, amictumve neglexit, si canem equumve non rectè curauit. At si parentes contemnit, liberos negligit, vxorem contumeliosè tractat, domesticos despectui habet, pecuniam prodigit: omnia hæc nihil ad se adulator pertinere putat, ad hæc mutus est, hifcere nõ audet, non aliter, quàm si aleiptes athletam sinat inebriari ac libidini indulgere, eundemque gutti olearei aut strigilis gratia grauitè obiurget. aut grammaticus ob tabellam ac styllum increpans puerum, solæcismos eius barbarissimòsve dissimulet. aut si rhetor ineptus ac ridiculus de ipsa oratione nullum ferens iudicium, vocem culpet, incusetque grauitè quòd frigida potu arteriam corrupas: vel perlegerè iustus miserè compositum scriptum, chartæ asperitatem infectetur, & librarij impuritatem atque socordiam. Ita planè cùm videretur Ptolemæus literis operam dare, de glossa aliqua, versiculo, aut historia vsque ad mediam noctem disputationes vnâ traxerunt eius assecclæ: neq; in tanto tamea numero quisquam fuit qui eum inhiberet crudeliter agentem ac contumeliosè, atrociâque supplicia exercentem. Denique adultores suam libertatem iis duntaxat adhibentes, quæ neque lædunt neque dolent, perinde faciunt ac si quis hominis a tuberculis ac fistulis laborantis crines vnguësque cultro medico defecet. Sunt alij his etiam astutiores, qui libertatem vituperationesque ad voluptatem conciliandam accommodant. Sic Agis Argiuis cùm Alexander euidam scurræ magna daret dona, præ inuidia ac dolore exclamauit, Proh re absurdissimam. cùmque iratus rex se ad eum conuertisset, & Quid ais dixisset: Fa-

35 teor, inquit, indignari me ac molestè ferre quod vos loue genitos omnes video hominibus adulantibus ac ridiculis vitam & Hercules Cæcropibus quibuldam, & Baccus Silens sese oblectauit, & tales apud te in precio esse manifestum est. T. Cæsare aliquando in curiam progresso, quidam adulatorum surrexit, dixitque liberorum hominum

*Adulato-
rū libertas
lenia inua-
dit, grauis
dissimulat
delicta.*

*Libertas
ob volupta-
tem.*

liberas debere esse voces, nihilque dissimulandum aut reticendum eorum quae prodesse. Qua oratione cum omnium attentionem excitasset, facto ei silentio, & Tiberio auscultante, Audi, inquit, Caesar quid in te vniuersi desideremus, nemo tamen audeat palam eloqui. Negligis te ipsum, corporisque rationem tui non habes: sed te curis quas pro nobis geris neque interdiu neque noctu quiete capiendo atteris. cumque multa id genus collegisset, Cassium ait Severum rhetorem dixisse, Ita hunc hominem libertas perdet. Atque haec quidem leuiora sunt. Illa vero grauiora iam & exitiosa imprudentibus, cum contraria verorum vitia ipsis obijciuntur. Ita Himerius assentator diuiti cuidam Athenis illiberalissimo auarissimoque homini prodigaliter exprobrauit ac fociordiam, forte inquit, ut aliquando cum liberis probentur nisi iamque parsimoniam, ut Neroni fecit T. Petronius. Vel cum principes, a quibus subditi crudeliter inhumaniterque tractantur, deponere iubent nimiam clementiam, in tempestiuamque & inutilem misericordiam. Quorum simile est, si quis cauere se & metuere utpote calidum versutumque hominem simulet eum, qui stupidus sit & fatuus. aut in inuidum ac maledicum assiduusque gaudentem reprehensionibus, forte ad laudandum aliquem praeclearum virum se conuertentem, corripit, impugnetque, & liberalitatem hanc laudandi velut vitium ei inhaerens carpat, dicens: Homines laudas nullius precij. quis enim est hic: aut quid praecleari fecit dixitve? Maxime vero adulatorum in amoribus adoriuntur suos, ignemque augment. Fratres enim cum vident dissentire, aut parentes despici, aut insolenter uxorem tractari: neque verbis castigant, neque reprehendunt, sed iras etiam amplificat. Non enim, inquit, sentis qui sis. ipse causa es huius mali: semper enim obsequentem te ac submissum praebuisti. Verum ubi exira & obrectatione animus exarsit meretricis aut adulterae amore, ibi cum splendida cum libertate adulator praestitit est ignem igni superaddens, amorique patrocinians, & amatorem eo nomine inculans, quod multa non amatorie agat, dura multa & digna reprehensionibus faciat: occiditque illud,

Ingrate tam crebris amoris osculis.

Sic Antonio amici flagranti Ægyptiæ amore persuaserunt ipsum ab ea amari, duritiemque ei & superbiam exprobrauerunt. Illa quidem, aiebant, tanto regno vitæque ratione beata dimissis amore tui perit, tua castra sequens habi-

Sed tibi non ulla mens est placabilis arte,

Odyss. 7.

qui negligis illam his animi molestiis conflictantem. ille autem reprehensionibus his iniustitiæque insimulationibus magis quam laudibus gaudens, non sensit eo se ipso dum
 10 castigari putat peruerti. Similis est enim ista libertas moribus lasciuarum mulierum, eo qui videtur esse dolore excitans voluptatem ac titillans. Ac sicuti merum, quod alioqui aduersus cicutam valet, si cicutæ admisceatur, facit ut
 15 resisti veneno planè non possit, ob calorem celeriter ad cor penetranti: ita mali cum sciant libertatem dicendi magnum aduersus assentationem esse præsidium, illa ipsa ad adulandum abutuntur. Quapropter ne Biantis quidem dictum vitio planè caret, qui interrogatus quodnam animalium esset molestissimum, respondit ferorum quidem tyrannum,
 20 cicurum autem adulatorem. Verius enim dici poterat, adulatorum quosdam esse mansuetos, qui balnea & mensas festantur. qui verò curiositatem, calumnias, & malignitatem suam veluti polypus flagella in ipsas vsque ædes & gynæcea protendunt, sauos esse, ferósque & intractabiles. Vna cauendi tales insidias ratio est, quod sciendum atq; in
 25 prompta semper habendum est memoria, cum animi pars vna veritati atque honestati dedita rationi rectæ obtemperet, altera bruta sit, falli appetens, incertisque obnoxia motibus: amicum semper meliori parti se accommodare consiliarium atque monitorem, instar medici sanitatem augeatis atque conferuantis, adulatorem verò brutæ & cupiditatis
 30 addictæ parti se applicare, eamque prauis voluptatibus submittendis scabere ac titillate, & à rectæ rationis obsequio auertere. Quemadmodum verò cibi quidam sunt,
 35 qui neque sanguini, neque spiritibus, neque nervis, neque medullis virium quicquam apponunt, sed pudenda tantum erigunt, ventrem suscitant, ac carnem generat putridam & morbosam, sic adulatoris oratio nihil sobriæ ac rationis imperio obsequenti parti adijcit. sed cum semper vel amoris aliquam conciliet voluptatem, vel iram inconsultam

Remediū.

augeat, aut ad invidiam excitet, aut molestum inanem-
 que arrogantia fastum in generet, vel dolorem lamentan-
 do augeat, vel malignitatē, illiberalitatem, infidelitatē-
 ve novis quibusdam calumniis atque præfagiis exasperet,
 meticolosamve & suspicacem reddat, non faller eos qui a-
 5 nimum attendunt. semper enim sub aliquem subit animi
 affectum, eumque saginat, bubonis instar subinde morbo-
 sis & inflammatis animi motibus adnascens. Irasceris: pu-
 ni, inquit. appetis: eme. metuis: fugiamus. suspicaris: cre-
 de. Quod si circa hos motus non ita facile deprehendi pos-
 10 sit, ob vim & vehementiam rationis eum repellentis, ta-
 men in minoribus capietur facilius, eundem sese gerens.
 Nam ubi te viderit suspicari crapula aut repletionem tibi no-
 cuisse, idēque de balneo aut alimento dubium cogitare,
 amicus abstinere hortabitur & consideratē agere. adula-
 15 tor verō in balneum trahet, novūque aliquid apponere
 iubebit, neque corpori iniuriam abstinentia facere. Idem si
 videat te ad iter, aut navigationem, opūsve aliquid obe-
 undum animo esse ob molliem segni: dicet nullam virgere
 temporis necessitatem, ac posse idem agi re dilata, aut alio
 20 misso. Quod si pollicitus familiari alicui pecuniam mutuo
 dare aut largiri, mutes consilium, & tamen pudore ducaris:
 momentum in deteriorem partem afferet adulator, sen-
 tentiamque pro crumena confirmabit, & verecundiam ex-
 pelleret, parcere te iubens vt qui impēsas facias magnas, mul-
 25 tisque velis sufficere. Itaque nisi nos nostræ ipsorum fallant
 cupiditates, impudentia, timiditas: non latebit nos adula-
 tor. is enim est horum identidem affectuum patronus, libe-
 réque nos vt in his modum transgrediamur monet. Ac de his
 quidem satis. Veniamus nunc ad vsus & officia. Nam in his
 30 frequenter suam & amici differentiam adulator confundit
 aut obscurat, dum se vbique impigrum atque alacrem abs-
 que vlla tergiuersatione ostentat. Etenim amici mores sic
 veritatis apud Euripidem oratio, simplices sunt, sinceri-
 que, & nihil habent fictitium. Adulatoris autem reuera
 35

Phœnissis.

Pravi suapte natura, artis indigent

Officia & quidem callidis profectō, multisque & operosis admini-
obsequia culis. iam primū in ipsis congressibus amicus sæpenume-
adulatorū rō neque compellans ipse neque compellatus, placido tan-
qualia. tūm contuitu atque reuidendo vltro citroque declarata
 beneuo-

ADVA
 benevolentia & am
 ni persequitur, com
 pnis conspectus, i
 parat. Eodem m
 sagie non per
 que ad quatuor
 his frequens
 cum aut ip
 ac nisi iubeat
 10 spondens, & h
 lanis argumen
 retricta: se p
 rama est p
 crimine de d
 15 hanc esse p
 Opus p
 Adulatoris autem
 Dic quid m
 deont,
 20 Nicomac
 Pepus
 Red
 Deinde am
 prius in con
 25 bus sobrietas
 seum ad delib
 scetas, non
 stitio, sed h
 cum, comp
 30 comitate
 qui hoc v
 Vicia
 P
 Timor
 35 nam hi quid
 caucantiam
 ca quidem M
 Veru
 Elan
 Cap

benevolentia & familiaritate præterit. adulator verò currit, persequitur, eminus manum porrigit, ac si compelleretur prius conspectus, sæpe testibus & iureiurando adhibitis se purgat. Eodem modo in actionibus amicus multa minuta negligit non percunctans curiosève perquirens omnia, neque ad quæuis sese obijciens ministeria. adulator autem in his frequens atque assiduus est & indefessus, nulli alteri locum aut spacium ministerij concedens, sed iuberi volens, ac nisi iubeatur, egrè ferens, atque ad eò etiam animum despondens, & fortunam suam deplorans. Quæ ipsa quidem sanis argumenta sunt non verè sobriæque amicitia, sed meretriciæ ac se promptius quàm oporteat ingerentis. Verum tamen est primùm in promissionibus considerandum discrimen. Rectè enim maiores quoque nostri dixerunt, amici

Si possum prestare, & si fieri poteres est.

Adulatoris autem hanc,

Dic quodcumque velis. -- nam & comici tales introducunt,

20 *Nicomache, me precor huic opponite militi.*

Peponis ego illum instar flagris emolliam,

Reddamq; mollius vel spongia caput.

Deinde amicus nemo rei gerendæ socium se præbet, nisi prius in consilium adhibitus, decori aut vtilitatis rationibus subductis institutum comprobauerit. Adulator etiam

25 si eum ad deliberandam rem, ferendamque sententiam adsciscas, non modò gratificandi palmamque concedendi studio, sed & ne in suspicionem veniat detrectantis officium, cupiditati tuæ locum dat, eamque incitatione sua

30 comitatur. Non enim temerè inuenias diuitem aut regem, qui hoc vsurpet:

Vitam mihi sit pauper, aut (si res ferat)

Paupere miserior, qui bene cupiens mihi,

Timore misso dicat id quod senserit.

35 nam hi quidem instar tragicorum requirunt chorum accipientium amicorum, aut theatrum applaudens. Ac tragica quidem Merope sic præcipit:

Verbis amicos quare qui non mulceant

Blandis: & assentando gratiam tuam

Captantes foribus arce non probos tuos.

Iliad. 6.

427.

Adulatorum promissiones.

Ibid. 426.

Vulgo autem contrà agunt. Qui enim nõ assentantur verbis, sed repugnât vtilitatis gratia, eos auersantur. blandientes autem, malos homines & illiberales atque impostores, non intra fores duntaxat & domum, sed & ad effectus resq; arcanas admittunt. Quorum qui simpliciores sunt, tantarum rerum consultandarum negant se posse aut debere esse socios, ministerium obire & exequi decretum sui aiunt esse officij. Astutiores autem interfunt deliberationi, superciliumq; continent, vultumq; ad annuendum componunt, neque interim quicquam eloquuntur: vbi verò alter sententiam suam pronunciauit, Dij boni, inquit, paululo me auertuisti, idem planè meditatam dicere. Sicut enim mathematici superficies aiunt & lineas neque flecti neque intendi neque moueri per se, quòd corpore careant ac intellectu modo percipiuntur: flecti autem, intendi, mouerique vnà cum corporibus, quorum sunt extremitates. ita adulationem quoque deprehendes, semper alterius vocem, enunciata, sensum, iramq; subsequenter. Itaque hoc quidem in genere omnino facillimum est inuestigatu discrimen. Magis tamen ipso in modo officiorum præstandorum liquet. Ab amico enim quod præstatur officium, veluti animal quoddam intus præcipuam habet vim, ad ostentationem & pompam nihil. sed sæpenumerò sicut medicus occultè fanat, ita & amicus sua præsentia aut absentia amico prodest ignorantem pro se curam geri. Talis fuit Arcesilaus, qui prætereò enim alia) ægrotantis Apellis Chij paupertate cognita, reuersus ad eum drachmas vnà viginti attulit, assidensque ægroto, Hic quidem (aiebat) nihil est præterquam Empedoclis illa elementa,

Ignis, aqua, & tellus, atque ætheris ambitus almi:

sed tu etiam incommodè cubas. simulq; mouens puluinar eius, clam pecuniam subiecit, quã cum vetula, quæ ægroto ministrabat, reperisset, Appelliq; cum admiratione renunciaisset, subridens hic: Arcesilai, inquit, hoc est furtum. Et verò in philosophia locum habet illud, Nasci prolem parentum similem. Arcesilai discipulus Lacydes, vnà cum reliquis amicis in iudicio aderat Cephisocrati perpetrati publici contra ius non scriptum delicti postulato. ibi auctore anulum rei postulante, cuius argumento eum conuincere poterat, eumque Cephisocrate sensim in terram demittente,

pede

*Officiorum
modus.*

pede amulm
philocrates cum
rum, qui iu appa
si gratiam habet
iple nemini eam
occulte bene
centia delectat
si, nihil ven
clamat, vultu
10 ac difficilis
dentia sim
cis, rugam
est, dicit
qua in
11 tas res di
cium. Eran
lola est & reg
postmodo, sed
bratio em lectu
12 Spartani, qui
leat, i que
miratione dig
diei prandi
fidium hoc
13 liberale tantum
cessant a
10 non tunc
hæc di
petra hoc
30 tene resp
micum ab
rum, ipi
curam A
Vna
33 itaque
aut in non
trum dicit
amico d
non fugiam
hæc

pede annulum imposito texit Lacydes. absolutus aut Cephi-
 sophocrates cum iudicib. gratias priuatim ageret, vnus eor-
 um, qui (vt apparet) factum obseruauerat, Lacydi eum ius-
 sit gratiam habere, remq; gestam narrauit, cum Lacydes i-
 5 pte nemini eam exposuisset. Sic etiam deos puto plerumq;
 occultè benefacere, cum ea sint natura, vt ipsa sua benefi-
 centia delectentur. Adulatoris autem facta nihil habent ius-
 10 ti, nihil veri, nihil simplex, nihil liberale. Sudat, discurrit,
 clamat, vultum contrahit, vt ministerio speciem laboriosæ
 ac difficilis operæ conciliet: picturæ operosæ instar, cui eui-
 dentia simulacrum lasciuiuentibus coloribus, fractisq; pli-
 15 cis, rugis, atq; angulis paratur. Idem & narrando molestus
 est, dum recitat quemadmodum huius rei causa vagatus,
 qua sollicitudine fuerit, vt offenderit alios, tum alias lex cen-
 20 tas res & affectus, vt dicere possis, Non erat hoc operæ pre-
 cium. Etenim omnis quidem quæ exprobratur gratia, mo-
 lesta est & ingrata atque intolerabilis. Sed adulatorum non
 postmodò, sed etiam dum adhuc exhibentur officia, expro-
 brationem secum trahunt & pudefaciunt. Quanto rectius
 25 Spartani, qui cum indigentibus Smyrnæis cibum misis-
 sent, ijque beneficium hoc laudibus ueherent, Nihil se ad-
 miratione dignum præstitisse responderunt, qui cum vnus
 dici prandio sibi suisq; iumentis decreto interdixissent, sub-
 30 sidium hoc ipsis collegissent. Huiusmodi beneficium non
 liberale tantum est, sed & accipientibus eo gratius, quòd
 censent nō magno damno præbentium se id accipere. Por-
 rō non tantum ex importunitate in nauāda opera aut pol-
 licendi leuitate agnosci potest adulator, sed ipsius etiam o-
 peræ honestate siue turpitudine, & ad utilitatem volupta-
 35 tēve respectu. Non enim verum est quod Gorgias dixit a
 amicū ab amico in rebus tantum iustis operam postulatū-
 rum, ipsi autem in multis etiam nō iustis rebus operam da-
 turum. Amicus enim

*Finis offi-
 cij.*

Vnà agere rectè, non peccare vnà solet.

35 itaque amicū aut ab his quæ non decent auertet potius:
 aut si non persuadeat, eo utetur, quod Phocion ad Antipa-
 trum dixit, Non potes me & amico vti & adulatore, id est &
 amico & non amico. Aduuandus est enim amicus in factis,
 non flagitiis: in consultando, non in parandis insidiis: re-
 stimonio, non fraude. Deniq; socius etiam aduersa amico

fortunæ esse, non autem maleficij debes. vt enim aliquan-
 do conscij amicis turpitudinis alicuius simus, non tamen
 consortes facti turpis esse velle debemus. Victi pugna ab
 Antipatto Lacedæmonij, cùm pacis conditiones compo-
 neretur, ab eo flagitârunt, vt quæ vellet damnosa ipsis, mo-
 dō nihil turpe, iniungeret. Ita amicus quoque, si sumptuo-
 sum, periculofum, aut laboriosum requiretur, officij pri-
 mum se volet hoc posci, alacritérque & nihil causatus obi-
 bit. tum duntaxat parci sibi volet, ac recusabit, cùm reserit
 eum turpitudine coniuncta. Contrà adulatorum est labo-
 riosa ac periculosa ministeria subterfugere: & si periculi fa-
 ciendi causa veluti ollam pulsés, sub aliquo prætextu soni-
 tum reddit obtusum instar rupti vasis. in turpibus atq; ab-
 iectis & inglorijs officijs abutere eo, calca: nihil indignum
 putabit aut contumeliosum. Simiam considera. domum vt 15
 canis custodire, ferre vt equus, arare vt bos nequit. ergo cō-
 tumelias fert & seurrilitatem ac lusus, & risus instrumen-
 tum se præbet. Sic adulator cùm in dicendo, consulendo,
 certamina obeundo præstare operam nullam queat, labor-
 que eum & seria studia omnia destituant: ad ea quæ sub a-
 xilla geruntur, id est fœda & clandestina, impigrum sese of-
 fert. minister amoris est fidus, in meretrice adducenda ac-
 curatus, non indiligens ad diluendam de sumptu conuiuij
 curam, industrius in cœnis adornandis, pellicibus obse-
 quens, iussus ferocitate aduersum curatores, aut vxorem he-
 ri exemplo familia exturbare, absque misericordia verecun-
 diæ obtemperat. Itaque ne hîc quidem difficile est eum
 deprehendere. quidquid enim iusseris turpe aut in decorum,
 paratus est in gratiam tuam nulla in re sibi parere. Quod
 si obserues quomodo erga alios sit amicos affectus, facilè 30
 quantum ab amico differat intelliges. Amico enim nihil
 iucundius est, quàm cum multis amare atque amari, in id-
 que perpetuò dat operam, vt amicus a quamplurimis dili-
 gatur atq; colatur. amicorum enim communia esse omnia
 censens, nihil magis putat commune debere esse atq; ipsos 35
 amicos. At falsus ille ac spurius & vitiosus, vt qui maximè
 intelligat se iniuriam facere amicitia, quam instar nomis-
 matis adulterat, natura inuidus cùm sit, aduersum sui simi-
 les inuidiam exercet, certans eos seurrilitate & garruli-
 tate superare. meliores autem metuit ac tremit, non sanè vt
 qui

*Adulator
 qualis er-
 ga veros
 amicos.*

qui pedes iuxta Lydium currū incedat, sed qui collatus au-
 ro excocto ipse, vt ait Simonides, ne plumbum quidem sin-
 cerum habeat. Itaque vbi cum vero ac graui & solido com-
 paratus amico impedire non potest quin leuis, adscititijs,
 ac fallax deprehendatur: tunc eum imitatur qui gallos in-
 scitè depinxerat. is enim puerum veros gallos iubebat lon-
 gissimè a tabula abigere. Ita ergo adulator veros amicos ar-
 cet, neque appropinquare finit: aut si hoc nō potest, palam
 quidem eos demulcet, colitq; & admiratur vt meliores: elan-
 10 culum autem submittit aliquas & spargit calumnias. oculi
 autem sermone vlceris pruritum excitante * Quod si
 non statim rem perficit, memoria tamen tenet atque obser-
 uat Medij dictum. Fuit is Medius chori adulatorum qui A-
 lexandrum cingebat veluti princeps, & sophistarum sum-
 15 mus in calumniandis optimis viris. iubebat autem suos au-
 dacter calumnias iacere ijsq; mordere alios: docens, tametsi
 mori vlcus confanaretur, tamen calumnie cicatricè man-
 surā. His quidem eicatricibus, aut gangrēnis potiùs & can-
 20 cris corrosus Alexander, Callisthenem interfecit, & Parme-
 nionem, & Philotam: Agnonibus autem, Bagois, Ageijs, &
 Demetrijs sese tradidit affatim supplantandum, cum ab his
 adoraretur, vestiretur, adornareturque barbarici instar si-
 mulacri. Ita magnam assentatio habet vim, ac nimirum ma-
 ximam apud eos qui maximi putantur. fidem enim & auda-
 25 ciam adulatori parat, quod ij & putant se optima habere, &
 ea volunt. Etenim sublimia loca difficilia aditu sunt infidi-
 antibus: sed animi ratione non instructi altitudo atq; elat-
 tio à fortunæ aut natalium bonitate profecta, paruis & hu-
 milibus aditum facilimum præbet. Quapropter & initio hu-
 30 ius commentarij monuimus, & nunc iterum hortamur, vt
 sui quisque amorem & arrogantia excindat. hæc enim adu-
 latione occupans, faciliores nos & iam præparatos externis
 præbet adulatoribus. Si verò Deum secuti, tenentēsq; sum-
 mam vnicuique in eo positam esse salutis vt Norit seipsum, *Nosse sei-*
 35 naturam, educationem, institutionemq; nostram examina *psum.*
 uerimus, quibus innumeri defectus pulcritudinis, plurimū
 vanitatis ac vitij admixtum est in actionibus, in verbis, in a-
 nimi motibus: non ita facile calcari nos ab adulatoribus pa-
 tiemur. Alexander aiebat somno potissimū ac re uenerea
 se doceri, fidem non esse habendam ijs qui ipsum deum ap-
 pellabant:

pellabant: quòd his duabus in rebus seipso deterior esset, ac
 amplius æquo afficeretur. Et nos multa passim atq; identi-
 dem turpia, molesta, imperfecta, ac peccata nobis inesse ob-
 seruantes, sentiemus non amico nobis laudatore atq; præ-
 dicatore, sed reprehensore & liberè vitia nostra increpante
 opus esse. Pauci enim de multis sunt, qui liberè potius cum
 amicis loqui audeant, quam gratificari. ac in illis ipsis pau-
 cis non faciliè inuenis qui libertate uti sciat: sed ferè putat
 liberè se dixisse, si vituperauerint & conuiciati sint. Enimue-
 rò ut alia medicamenta, ita & libertas dicendi in tempesti-
 uè usurpata absque utilitate molestiam adfert ac perturbat: fac-
 itq; idem quodammodo cum dolore, quod adulatio cum
 voluptate. Non enim laudationes modò sed & vituperatio-
 nes nocent, si alieno adhibentur tempore. atque hoc maxi-
 mè adulatoribus obijcit homines, eum à nimis arduis atq;
 aduersis veluti in morem aquæ ad mollia & humilia dela-
 buntur. Itaq; lenitate oportet temperatam esse libertatem,
 orationisque velut lumini adimenda est nimia copiæ vis: ne
 perturbati & dolore affecti ab omnia reprehendentibus &
 culpantibus ad adulatorem veluti in vmbra confugiant, 20
 eòq; diuertant, vnde nò lædantur. Omne enim vitium, Phi-
 lopappe, virtute, non aduerso vitio est corrigendum, in quo
 errant nonnulli, à nimia verecundia ad impudentiam, à rus-
 ticitate ad scurrilitatem confugientes, ac tum se longissi-
 mè abesse à timiditate & mollicie putantes, cum proximi 25
 videntur proteruitati esse & ferociæ. quidam etiam impie-
 tate superstitionem, stoliditatem improba astutia amolun-
 tur, mores instar ligni ab vna parte in alteram incuruantes,
 dum rectitudinis restituendæ sunt ignari. Turpissima verò
 est adulationis fuga, sine utilitate molestias exhibere: om- 32
 ninòque rudis & imperitæ est ad benevolentiam parandam
 conuertendæ, in suauitate ac morositate id euitare quod
 in amicitia illiberale habetur atque abiectum. sicut & pa-
 rum ingenuum est in comœdia accusandi impunitè pro
 æquo iure liberè dicendi usurpare. Proinde quandoquidem 35
 turpe est gratiæ captandæ studio adulatorem fieri, turpe i-
 tem vitandæ adulationis gratiæ, libertate dicendi immoderata
 amicitia ac procurationis rationem corrumpere: ac v-
 trumque vitium fugiendum est, atque ut alijs in rebus etiam
 libertatis in dicendo decorum è mediocritate sumendum:
 ipsa

*Libertatis
 in dicendo
 versus & sua*

*Vitiors ge
 nuina cor-
 rector.*

*Moderata
 in liber-
 tatis in di-
 cendo.*

Ad
 ipsa ratio videtur
 horum de re pu
 cendi complu
 cum dem am u
 5 priuatiu per
 mur exprobr
 cifici putant
 monitioni loc
 bertas amice
 10 rem sui, & am
 ve recutem ut
 peratoribus am
 licum agere mo
 proxiu liber di
 15 increpanti, ac di
 Perditæ paup
 Subditæ
 profecta ab am
 cum nihil effe
 20 modum ita
 causa videbat
 nequaquam
 Difficili
 tamen Pato
 25 tem,
 Iam neq, re
 Est vbi, Iam
 In lucem ha
 In manu det
 30 Sicut enim P
 vt non tanc
 inique effe
 feclus an
 oculos non
 35 prehensio
 la facere, alia
 neuria ob
 vim habet
 Iam nunc ac
 rellig quid

ipsa ratio videtur postulare, vt sub finem commentarij iam huius ea de re præcipiam. Ergo cum videamus libertati dicendi complura adhærere vitia: primo amorem nostri cæcum demamus, ac diligenter caueamus, ne aliquam ad nos priuatim pertinentem rem veluti læsi aut dolentes videamur exprobrare. non enim à beneuolentia, sed ab ira proficisci putant sermonem, quo quis pro seipso vitur: neq; admonitionis loco, sed vituperationis accipiunt. Est enim libertas amica res & grauitatem habet: reprehensio & amorem sui, & animi illiberalitatem aliquam arguit. Vnde fit, vt reueremur admiremurque liberè nos increpantes, vituperatoribus autem par pari referamus, eosq; cõtemnamus. sicut Agamemnon Achillem, qui tamen non vltra modum prouehi liberè dicendo videbatur, non ferens, Vlyssi acerbè increpanti, ac dicenti,

Perdite, cuiq; svinam non iste exercitus esset

Subditus ----- concedit ac perfert, oratione cordata & profecta ab animo de repub. sollicito correptus. Hic enim cum nihil esset priuatæ causæ, ob publicum Græciæ commodum ista utebatur libertate: Achilles sui ipsius potissimū causa videbatur esse molestus. Quin & ipse Achilles, homo nequaquam lenis aut placidi animi, sed

Difficilis, & elq; insontem culpæ paratus:

tamen Patroclum tacitus audiuit multa ipsi talia obijciendum,

Iam neq; te Peleus genuit, neq; candida mater

Est tibi, saue, Thetis: sed duri cerula ponti

In lucem hanc, elteq; minacta saxa dederunt

Immani dotatum animo.-----

Iliad. λ. 653

*Iliad. π.
initio.*

Sicut enim Hyperides rhetor ab Atheniensibus postulabat, vt non tantum considerarent an acerbè diceret, sed & an iniquè esset acerbus: sic amici admonitio omnis priuari affectus animi vacua, venerabilis est & grauis, & contra quam oculos non audeas sustollere. Vbi verò eum qui liberè reprehendit constat quæ amicus in ipsum peccauit planè missa facere, alia autem eius delicta arguere, & ad se non pertinentia ob facta dictis largiter inceslere: id genus libertatis vim habet cui resisti nullo potest modo, ipsaque castigantis suauitas acerbitatè & austeritatè increpationis auget. Itaq; rectè quidè dictū est, cum irascimur amicis aut eum ijs con-

tendi.

tendimus, tunc maximè nos agere aut spectare aliquid de-
 bere eorum, quæ ipsi prosint aut conueniant. nō minùs ta-
 men hoc quoq; ad rationes amicitia pertinet, cum ipsi ne-
 gligentius haberi aut despici videmur, vt tum amicos prop-
 ter neglectos ab ijs alios liberè admoneamus. Hoc modo
 egit Plato. Hic enim qua tempestate à Dionysio cōtemptui
 habebatur, eratque inuisus tyranno, colloquendi cum eo
 copiam petijt. eaq; impetrata, quod tyrānus putabat Plato-
 nem sui ipsius causa expositulaturum atq; verba facturū, in
 hanc allocutus est sententiam. Si quem sentires, Dionysi, ho-
 stili animo in Siciliam appulisse tui lædendi causa, & tamē
 occasione destitui, patererisne eum impunè hoc ferentē in-
 de soluere? Nihil verò minus, ait Dionysius. inimicorū enim
 non facta modò, sed & proposita odium pœnamq; meren-
 tur. ergo subiecit Plato, si quis beneuolētia erga te adductus
 huc se cōtulisset, cuperetq; tibi alicuius boni esse autor, ne-
 que tu ei occasione perficendi præberes: dignum est eum
 abste præteriri atq; contemni: ad hoc interrogante Diony-
 sio, quisnam ille esset: Æschines, inquit Plato, est, morib. vt
 quisquam alius Socratis familiarium probis, aptusq; ad
 castigandum verbis eos quib. cum agit. qui longo mari emen-
 so vt tecum philosophicè collòqueretur, huc profectus, ne-
 gligitur. Hæc ita permouerunt Dionysium, vt & Platonem
 itatim manu iniecta sit amplexatus, beneuolentiam homi-
 nis animiq; magnitudinem admiratus: & Æschinis honestè
 atq; magnificè rationem habuerit. Proximum est, vt mala
 libertatis condimenta amoliamur, contumelias inquam,
 risum, insectationem fallam, scurrilitatem. Quemadmodū
 enim medicus carnem secans, agilitatem aliquam debet ac
 mundiciem operi adhibere, gesticulatoria autem & teme-
 raria atque vaga mobilitate atq; ociofis agitationibus ma-
 num abstinere. sic dicendi libertas dexteritatem vrbani-
 tatemque admittit, si elegantia grauitatem seruet: quam per-
 dit omnino temeritas, leuitas, atque contumelia. Qua de
 causa non ineptum est illud citharædi, neq; inelegans quo
 Philippo os obthurauit dictum, disputare cum ipso de sonis
 neruorum aggresso. dicebat enim, Absit verò, rex, vt eo tu
 infortunij deuoluare, vt harum rerum sciētia me fias prior.
 Non rectè autem Epicharmus, qui ab Hierone, cum hic fa-
 miliarium quosdam necasset, paucis post dieb. ad cœnā in-
 uitatus,

*Platonis
 egregium
 factum.*

*Libertas
 sine leui-
 tate.*

uitatus, respondit: At qui nuper cum immolares amicos, non vocasti. Malè etià Antiphon: qui, cum apud Dionysium quaereretur ac disputaretur quòdnam æs optimum esset, id pronunciauit omnibus præstare, ex quo Athenienses Harmodij ac Aristogitonis statuas parauissent. Id genus dicta acerbiter habent in autilem, & scurrilitatem iocumq; non delectantem, sed incontinentium est, odium malicia ac contumelia permixtum gerentium, quo videntes sibi ipsis exitiù confiant, saltantes (quod in prouerbio est) circum puteum.

10 Nam & Antiphontem interfecit Dionysius: & Timagenes amicitia Cæsaris excidit, cum nulla vnquam libera voce vusus, in conuiujs interq; deambulandum identidem nullius seriae rei gratia, sed

Vt foret Snde corona cachinnum tollere possit,

Iliad. g.

15 cõiucia sub amicitia iaceret prætextu. Etenim & comici theatris multa odiosa atq; ciuili ratione deprompta protulerunt. sed ridicula ijs & scurrilia admixta veluti cibus intritum vitiosum, effecere, inutilis vt esset & inanis libertas: ac propterea actores in crimen malignitatis atq; impuritatis

20 inciderunt. Proinde licet ioco & rilu aduersum amicos etià vt cunq; vt: sed libertas in dicendo seria debet esse ac modesta: & si graue sit argumentum, affectu etiam, gestu, ac contentione vocis orationi autoritas mouendiq; vis concilianda est. Occasionis autem neglectio cum alijs omnib. in rebus

25 verò damnosa, tum vtilitatem præcipuè libertatis perdit. Satis verò liquet inter pocula & apud ebrios ea abstinendū esse. Nubem quippe serenitati inducit, qui inter iocos & hilaritates orationem mouet quæ supercilium attollat, & ser-

30 ait Pindarus, funem molestarum soluit curarum. Sed & magno cum periculo importunitas vsurpatur. Sunt enim animi ob vinum ad iram præcipientes, & sæpe ebrietas libertatem in inimicitiam conuertit. Omnino autem neque generosi, neque audacis, sed timidi est libertate apud sobrios abstinere, in mensa latrare, sicut solent ignaui canes. Itaq; hac de re nihil attinet prolixius disserere. Iam cum multi amicos rebus secundis videntes neque velint neque audeant castigare, sed planè inaccessam admonitioni prosperitatem putent: eisdem verò in calamitatem aliquam prolapsos adorantur atq; calcant fractos iam & humiles, & in eos torrentis

instar

215.

vbi abstinentum libertate oris.

instar præter naturam aucti inuehantur, abundè libertatis aduersus eos promentes, lætiq; mutatione hac fruatur, cum ipsi antè imbecilli, isti superbi fuissent. ex vsu est hac quoq; de re verba facere, & Euripidi dicenti

Cùm res secunda sunt, quid amicis est opus?

Rebus secundis libertus, non aduersis adhibenda.

respondere, Maximè amicis libero ore loquentibus opus esse ei cui fortuna est prospera, qui nimios retundant spiritus. Pauci enim sunt qui non successibus lætis insolescant: pleriq; indigent aliorum externis consilijs, rationibusq; fortis eos deprimunt. à fortuna inflatos & æstuant. vbi fortuna in aduersam mutata fastu exiit, ipsæ calamitates in se habent quod pœnitentiã inducat & castiget. Itaq; afflictis rebus nullus est vsus liberarum amici vocum, aut molesti ac mordacis sermonis: sed reuera in his mutationibus

Faciem intueri dulce est hominis beneuoli,

consolantis atque animum addentis: quomodo Xenophon ait præliantes aut alijs in periculis constitutos milites viso Clearchi placido ac benigno vultu animosiores fuisse reditos. At qui libertatem dicendi morsumq; homini infortunio isto adhibet, perinde agit ac qui oculo conturbato ac inflammato medicamentum iniicit quod visum acuat: nam neq; sanar aut quicquam de dolore deminuit, & iram dolori addit, exasperatq; ægrum animum. Et quidem rectè valenti amico molestus non est, neq; planè agrestis videtur, reprehendens nimium eius veneræ rei ac vini vsum, ignauiam, adiduum in gymnasijs & balneis obuersionem, & repletiones corporis in tempestiuas egrotus tolerare non potest, sed ipso morbo molestius ipsi est audire, Hæc tibi enenerunt ex intemperantia & mollicie, ex vsu ciborum & mulierum. ô, dicet, te hominem in tempestiuum: ego testamentum condo, castorum mihi aut scammoniã præparant medici: tu me verbis castigas & philosopharis. Eodem modo res quoque aduersa fortuna laborantium non libertatem, non sententiarum recitationem requirunt, sed æquanimitatem & auxilium. Nam & nutrices puerulis cadentibus, non accurrunt vt maledictis incessant, sed erigunt, abluunt, sedant: postea tandem obiurgant atq; castigat. Demetrium ferunt Phaleream, cum patria exulans apud Thebas obscuram humilèq; vitam ageret, accedente Cratete non nihil cepisse molestiæ, Cynica eum erga se libertate asperisq; vsurum sermonibus

monibus opinantem. Sed cum Crates comiter ipsum allocutus de exilio differuisset, docuissetque illi nihil mali, aut quod deberet ferre iniquius accidisse, negocijs liberato periculosis atque lubricis: horratuſque eſſet ut in ſeipſo animique affectione ſui omnem collocaret fiduciam. ibi tum Demetrium moleſtia abiecta, animoque recepto amicis dixiſſe: Piger verò me actionum iſtarum atque occupationum, quarum culpa tantum virum non licuit videre.

Quippe agrum animum vox comis amicorum iuuat.

10 *Stultio nimis debetur caſtigatio.*

Atque hi ſunt mores ingenuorum amicorum. Degeneres & abiectioni fortuna fauente aduatores, ſicut Demotheſtes aiebat rupturas & conuulſas partes tum demum moueri cum corpori malum aliquod accidit, ipſi quoque mutationibus inhaerent, quali fruenteſ ijs & ſeſe oblectanteſ. Etenim ſi quod opus eſt commonefactione ijs in aduerſitatibus, in quaſ ſe ipſum aliquis conſilij ſui prauitate coniecit, ſufficit hoc:

Hoc equidem ſene mente mea, qui plura dixi

Ilia. 1. 108.

Diſſuadens tibi rem. ---

20 Vbi ergo, dices, vehemens debet eſſe amicus, & liberè incrementi vigore vti? vbi inquam inhibendus eſt ad voluptatem, ita, contumeliãve factus impetus, aut auaricia excutienda habitusve animi alius ſtultus oppugnandus. Sic liberè Solon Cræſum monuit, inſtabili rerum proſperitate corruptum ac luxuriantem, Finem reſpicere iubens. Ita Socrates Alcibiadè repreſſit, conuictoque vitij veras extorſit lacrimas, ac cor inuertit. Talia ſunt Cyri ad Cyaxarem, Platonis ad Dionem, cum eum ſplendentem ſumma gloria, & ora omnium hominum in ſe ob pulcritudinem facinorum conuerſa habètem cauere ſibi iuſſit, & metuere ab eo vitio, quo ſibi ſolè placere aliorum ſpretis iudicijſ homines ſolent, quod ei vitio adſideat ſolitudo. Scripſit ad eundem Speuſippus, Non debere eum altos ducere ſpiritus propterea quod multus de ipſo ſermo eſſet apud pueros & mulierculas: ſed dare operam, ut ſanctimonia, iuſticiaque & optimis legibus ornata Sicilia, gloriam Academiae conciliet. Euctus contra & Eulæus Perſei ſocij, cum rebus videnti ſecundis perpetuè aſſentari eſſent, & omnia eius momenta inſequendo comitati, apud Pydnam prælio cum Romanis congressum atque victum adorti acerbè obiurgauerunt, & ſingula eius pecca-

Libera Voces Sibi & ſurpanda.

Epist. 4.

peccata ac delicta commemorantes exprobrauerunt, tantisper donec dolore iraq; exagitatus vtrunq; pugione occidit. Definitum hoc modo esto, quæ sit in vniuersum liberè dicendi occasio. Interim omittendæ hæc non sunt amico fideli, sed arripieudæ quas ipsi amici sæpe præbēt occasiones. Aliquando enim interrogatio, narratio, similitum rei laudatio aut vituperatio, ansam libertati exhibet. Hoc modo Demaratus Corintho in Macedoniam cum venisset sub id tempus, quo cum vxore & filio Philippus dissidebat, amicè se Philippo exceptus, interrogatusq; quomodo Græcis inter 10 se cōueniret, dicitur (vt erat ei beneuolus atq; familiaris) respondisse: scilicet verò Philippe, rectum est te inquirere de concordia Atheniënsium & Peloponnesiorum, qui familiam tuam pateris tanta seditione & dissensione laborare? Recidè etiam Diogenes, qui in castra Philippi in bellū contra Græcos proficiscens cum venisset, essetq; ad regem adductus, & non agnitus interrogaretur ab eo, nūquam explorator esset: Omnino, inquit, lum tuæ, Philippe, stultitiæ atque amentia explorator, qui nulla necessitate urgente de regno & corpore tuo venis vna hora fortunæ aleam subiturus atq; 20 hoc quidem videri potest dictum vehementius. Alius modus est castigandi verbis, cum ob delicta sua aliorum male dictis impetiti animos ponunt ac submissiores fiunt. eoque accuratè vtetur scitus atque elegans amicus, obrectatores depellens atq; refellens, priuatim autem amicum compellans atq; monēs, vt si nullam aliam ob rem, saltem ea de causa viuat cautiùs, ne ferociendi materiam inimicis præbeat. quo enim ore ijs respondebis, inquiet, si vltro iplis ea porrigis, ob quæ malè audias? hoc pacto offensa conuiciatori, vtilitas monitori adscribitur. Alij venustiore vtentes ratio- 30 ne, alijs obiurgandis, suos, quos in eodem quod illis obijciunt, esse sciunt vitio, castigant. Ammonius magister noster in cōuentu vespertino, cum animaduertisset discipulorum aliquos vsos esse prandio nō simplici, puerum suum a liberto verberari iussit, causatus eum absque aceto prandere nō posse: sim ulq; in nos respexit, ita vt obiurgatio reos tetigerit. Ad hæc cauendum est, ne coram multis libertate aduersus amicum vtamur. tenendumq; illud Platonis. Cum enim Soocrates in conuiuio disputans quendam familiarium acrius incesse- 35 ret, Platoni dicenti, Nōne præstabat hæc priuatim

Sub aliena persona castigare.

Obiurgationes priuatim fieri debere.

ADVL
 tantum loquere possunt
 in me mouerit i
 thagora, cui oportet
 aperit, Adipiscit
 thagoram nūquam
 Oportet tanquam
 nem & sanam
 tationis habentem
 Non enim enim
 10 peccatis, non enim
 ut in thagoram
 condantur
 (quædam enim
 dum tamen est
 15 Non enim quod
 gnam magis
 ram multa
 arguitur. Iam
 nerat, grimum
 20 tubus ita
 cum peccatum
 aboletur vitium
 de tractantim
 Admari capite
 25 Minime autem
 coram libertis
 scipulos magis
 vult agitur
 lauri in peccato
 30 tam doctus
 iurgatione
 bus eam
 cum hanc
 ansam adu
 35 cum in
 tiones ac
 monendus
 jciendæ ita
 mist, vtque
 exprobat

uatim loquitur respondit, Et tu nonne rectius de hoc ipso scot
 fim me monuisses? Ferunt adolescentulum quandam à Py-
 thagora, cui operam dabat, multis presentibus compellatū
 asperius, suspendio vitam finisse. atque ab eo tempore Py-
 5 thagoram nunquam alio presente quenquam corripuisse.
 Oporteret tanquam morbi turpis, ita peccati etiam detectio-
 nem & sanationem occultam esse, nihil pompæ, nihil osten-
 tationis habentem, neq; testes spectatoresq; adducentem.
 Non enim amici est, sed rabulæ, in alienis gloriam querere
 10 peccatis, venditantem se ostentatione sua presentibus. sic-
 ut in theatris medici manibus gesticulantur, ut suæ operæ
 conductores, sibi parent. Porro absque etiam sit contumelia
 (quæ sanè abesse ab omnibus debet remedijs) consideran-
 dum tamen est quàm sint pertinacia atq; contumacia vitia.
 15 Non enim quod est apud Euripidem, amor duntaxat casti-
 gatus magis premit, sed quoduis omnino vitium si quis co-
 ram multis liberius reprehendat, impudentiam induit. Sic-
 ut igitur Plato senes, ut verecundiam adolescentibus inge-
 nerent, primùm ipsos vult verecundè versari cum adolescen-
 20 tibus: ita verecunda amici libertas maximè pudore afficit: &
 cum peccantem sensim cautèq; adortur, subruitur atque
 aboletur vitium, dum verecundia occupatur is què verecun-
 dè tractauimus. Quare per commodè vsurpatur illud,

Admoro capite, si reliqui exaudire nequeunt.

Od. a. 157.

25 Minimè autem conuenit vxore audiente maritum, patrem
 coram liberis suis, amatorem presente amasio, aut apud di-
 scipulos magistratum obiurgare. nã præ ira ac dolore trans-
 uersi aguntur, qui coram ijs reprehenduntur, apud quos vo-
 lunt in precio & existimatione proba esse. Ac nisi fallor, nõ
 30 tam ebrietas fecit quod ita grauius commotus Cleiti obi-
 iurgatione fuit Alexander, quàm quòd multis coram testi-
 bus eam vsurpauit. Aristomenes etiam Ptolemæi præceptor,
 cum hunc in legatione audienda dormitantem excitasset,
 ansam adulatoribus præbuit, simulantibus se fegis causâ fa-
 35 ctum indignè ferre, ac dicentibus ei: si post tantas defatiga-
 tiones ac vigilias somnus tibi obreperet, priuatim eras ad-
 monendus, non manus tibi tot hominibus presentibus in-
 iiciendæ. ita Ptolemæus Aristomeni calicem veneno plenu-
 mist, ut què biberet adegit. Cleoni etiam Aristophanes hoc
 exprobrat, quod

Malè ciuitati diceret audientibus

Coram peregrinis, --- Atheniensesque irritaret.

Oficiatio. Itaque inter alia magno opere cauenda est ostentatio, & popularis applausus captatio. sed cum libertate dicendi volumus uti, faciendum est hoc utiliter atque ad sanandum vitium aliquod accommodatè. & quod Corinthij non malè, ut est apud Thucydidem, de seipsis dixerunt, dignos se esse qui alios vituperent, id in promptu habere debent, qui libertate dicendi volunt uti. Lylandrum perhibent Megarensi cuidam, cum is inter socios pro Græcia liberius diceret, respon-
disse, sermones eius ciuitate opus habere. Sed profectò libertas dicentis morum probitate ut commendetur requirit: idque rectissimè obijcitur alios monentibus atque castigantibus. Nam Plato suæ se vitæ exemplo dicebat corrigere Speusippum. sicut & Polemonem Xenocrates conspiciens tantummodò in schola, & ipsum intuitus, ad aliud vitæ genus traduxit. Homini autem qui leuis sit, & moribus prauis, si liberè obloqui alij conetur, licebit semper occinere illud,

Alijs modestur, ipsius & scribis scatenis.

20

Cõmunicatio culpa. Veruntamen quandoquidem sæpe res ipsa nos adigit eò ut alios castigemus dictis, quamuis vitio ipsi non carentes: id hoc modo faciemus commodissimè, si quam obijcimus culpam, in ea nos quoque ipsos esse quouis modo fateamur. quo sensu dictum est hoc:

25

Iliad. λ. 313 *Cur nos & virtutis Tydida obliuio cepit?*

& illud:

Iliad. θ.

Nunc non arcendis vel solius Hectoris armis

234.

Sufficimus? --- Et Socrates ita paulatim adolescentes redarguit, seipsum quoque non vacare in scitia simulans, sed unà cum illis se debere virtuti operam dare & verum quærere profitens. Beniuolentiam enim autoritatèque sibi parat, qui cum eadem in culpa esse, tum amicos eodè quo seipsum modo corrigere videntur. Atqui alteri detrahens seipsum iactat, quasi sincerum & vitij expertem, nisi vel ætate multo sit grauior, vel ob virtutem nota sit autoritatè atque gloria, pro molesto importunòque habetur, & nihil adfert utilitatis. Non ergo abs re Phœnix sua ipsius delicta protulit, qui per iram interficere patrem voluerit, moxque mutauerit sententiam,

Ne pa-

*Ne patris (inquit) occisor Græcos ego dicier inter
Perferrem.---- ne Achillem obiurgans, arrogare sibi vi-
deretur nihil se per iram peccasse. Penetrant autē huiusmo-
di admonitiones blandē, faciliusq; concedimus ijs qui eo-
dem modo lapsi, quā qui despiciere nos videntur. Quoniā
autem neque lumen clarum inflammato oculo debet obij-
ci, neque affectu cōcitatus animus libertatem admittit ob-
iurgationēque meram, inter vtilissima adiumenta est ad-
mixtio laudis modicæ, vt in his:*

*Iliad. 2. post
versum
457. deest*

10 *Vos verò turpe est forti desistere pugna,
Argolicas inter primos & virtute cohortes.
Haud equidem certare viro lubeat mihi, bellum
Qui fugiat timidus: grauster succenseo & vobis.*

Iliad. v. 116.

15 *Pandare, qui nulli es nostrorum laude secundus,
Arcus vbi tuus est, & Iulucres vbi suntq; sagittæ?*
Sed & huiusmodi vehementer reuocant in peius sublaben-
tes.

Iliad. v. 171.

*Vbi Oedipus nunc est, & clara aenigmata? &
20 Tam multa passus scene loquitur Hercules?*

Non enim modò excitat reprehensionis asperitas vim ha-
bens imperiosam, sed & sui ipsius æmulationem ingenerat,
& recordatio bonorum suorum verecundiam increpato in-
cutit, præclarè facta sua sibi admirandum proponenti. Si
25 verò alios cum eo compares, vt æquales, ciues, cognatos:
pertinacia vitij indignatur atq; exasperat. & sepe hoc modo
increpati stomacho moto exclamant: quin tu ergo me mis-
sum facis, adq; illos me præstantiores abis? Cauendum est
ergo dum liberè aliquem inculamus ne alios laudemus: nisi
30 fortassis eorum parentes, vt Agamemno:

Non equidem similem natum genuit sibi Tydeus.

Iliad. e. 300

& Vlysses in Scyrijs:

*Illustre generis lumen dedecorans tui
Proles parentis Grauium præstantissimi*

31 *Lanificum tractas? ---*

Minimè autem cōuenit castigationem castigatione, libertatem libertate vicissim compètare. facillime enim hinc discordiæ exat descunt, omninoq; concertatio hæc non libertatem vicissim vsurpantis, sed eam non sustinentis videri potest. Præstat itaque ferre amicum obiurgantem. qui si

*Certamen
libertatis.*

ipſe poſtmodò peccet, ac opus habeat caſtigacione: hoc ipſi
 libertari dicendi libertatem iam quandam parauerit. com-
 monefactus enim abſq; offenſæ obiectione, quòd ipſe quo-
 que non negligere amicos delinquentes, ſed arguere ſoleat
 atque docere, faciliùs concedet, & correccionem admittet, ſ
 quam ſentiat beneuolentiæ & gratiæ eſſe, non reprehentionis
 aut iræ compenſationem. Potrò ſicut Thucydides ait,
 qui ob rem maximam ſubit inuidiã, eum rectum ſequi con-
 ſilium: ita & amicus debet moleſtiam caſtigandi in magnis
 modò rebus, & in quibus plurimum eſt ſitum momenti, in 10
 ſe recipere. ſi enim omnibus in rebus diſcilem ſe præbeat,
 ac cum familiaribus pedagogi potiùs quàm amici more a-
 gat, admonitiones eius in ſummis rebus hebetes erũt & in-
 efficaciſſimæ: cum medici inſtar libertatem acre medicamẽtum
 aut amarum quidem, ſed neceſſarium & precioſum in mul- 15
 ta minuta & non neceſſaria inutiliter abſumpſerit. Ipſe igitur
 ſummo ſtudio cauebit ne cõtinentibus utatur querelis.
 ſocio autem in omnia curioſe etiam minima inquirente &
 calumniã, anſam ipſe habebit maiora eius peccata repre-
 hendendi. Philotimus medicus, cum quidam pure circa ie- 20
 cur laborans, ei digitum exulceratum cõmonſtraſſet: Heus,
 inquit, non tibi cum reduciã eſt negocium. Sic & occaſio
 dabitur, cum amico parua quædam & nullius momenti cul-
 panti, iocos puta, cõuiuia, nugæ, dicere poſſimus: Ille verò
 ſcortum ableget, aut ſinẽ alex imponat, alijs in rebus quan- 25
 tius nobis erit precij. Qui enim veniam minorum impe-
 trat, non illibenter de maioribus liberè dicendi facultatem
 amico concedit. qui vbiq; incumbit, ſemper odioſus ac mo-
 leſtus, omnia cognofcens, omnia curioſe percunctans, is
 neq; liberis tolerabilis eſt, neq; fratribus, imò ne ſerui qui- 30
 dem ferre eum poſſunt. Ceterum quoniam neq; ſenectuti,
 vt eſt apud Euripidem, neq; amicorum ſtultitiã omnia ad-
 ſunt mala: debemus non delicta modò amicorũ, ſed & rectè
 facta obſeruare, ac ſanè in initio alacriter collaudare. & ſicut
 ferrum priùs vt ignis laxatum atq; emollitũ, deinde frigidã 35
 immiſſum denſatur ac duriciẽ conſequitur: ita amicis, poſt-
 quam laus eorum animos calefecit atq; relaxauit, paulatim
 quaſi tincturæ loco adhibenda eſt libertas reprehentionum.
 Offeret enim ſe occaſio, vbi dicere poteris: Hæcine cum il-
 lis comparari dignum eſt? Viden' quos fructus honeſtum
 referat?

*Libertatis
 ſus in
 magnis
 rebus.*

*Laus liber
 tati mi-
 ſcenda.*

Ad v
 referat: hanc aſſe
 ad hanc te natura
 amandanda
 In mentem p
 ſ Venim hum
 depellere, qu
 rus & deniq
 ratione vt g
 quam facit v
 10 & multa vilit
 cidẽ & num
 raq; neq; argu
 di ſurpocitas
 rus enogit
 15 re omnia toler
 Inſelix am
 ficum Parde
 vocat, nõ fug
 Sed re m ag
 10 Moribus
 humanius en
 cilli, inhone
 gnoraſſi: h
 tri, & Foge
 15 licetẽ corrum
 dum compar
 parat. Cum
 lere, aut viol
 vetere, aut
 30 rem pyren
 mus. Ita ap
 eum cœnã
 Trote
 ruſum que
 35 ſiſis nauib
 Sed Heſtor
 Sic ergo an
 temperatam
 guicum ſo

referat: hæc abs te poscimus amici; hæc sunt conuenientia, ad hæc te natura formauit: illa verò alia repudianda sunt, & amandanda

In montem, rapidas aut obstreperi maris Sondas.

- 5 Vt enim humanus medicus somno aut victu mallet morbū depellere, quàm castorio aut scammonio: ita & amicus verus & benignus pater & magister laude magis quàm vituperatione vti gaudet ad morum emendationem, neque quicquam facit vt liberæ correctiones tam & parum molestiæ, 10 & multū vtilitatis secum trahant, quàm cum eę sine ira placidè & animo beneuolo peccantibus accommodantur. Itaque; neq; arguendi sunt acerbè qui inficiantur, neq; purgandi sui potestas adimenda: sed in argumentis honesti prætextus excogitatis vtrunque adiuuandi sunt, & causâ deterioribus 15 re omilla tolerabiliores suggerendæ. Ita Hector:

Infelix, animo tantus male tu geris iras.

Iliad. 3. 326

sic enim Paridem alloquitur, & eius digressum è prælio irā vocat, nō fugam aut timiditatem. Et Agamemnoni Nestor:

Sed te magnanimi inuit concedere cordis

Iliad. 1. 109.

- 20 *Motibus.---*

humanius enim hoc nimirum dictum est, quàm Iniuriã fecisti, inhonestè egisti. & lenius est, Non percepisti, quàm Ignorasti: Noli certare cum fratre, quàm Noli inuidere fratri, & Fuge mulierem quæ te corrumpit, quàm Desine mulierem 25 corrumpere. Hunc enim modum libertas ad sanandum comparata requirit: diuersum ea, quæ in agendo occupatur. Cum enim oportebit peccatum ab incepto depellere, aut violentum animi imperum in diuersam partem auertere, aut ad res pulcras animo languentem incitate: tum 30 rem præsentem ad causas indecoras ac absurdas transferemus. Ita apud Sophoclem Vlysses Achillem instigans, negat eum cœnæ gratia irasci: sed (inquit)

Troie times iam conspiciatus mœnia.

Duplex libertas.

- rursumque hæc admodum iniquè ferente Achille, & se cum 35 suis nauibus abiturum dicente, ait:

Non me latet quid fugias: non opprobria,

Sed Hector est propinquus, hunc non festines.

Sic ergo animolum & fortem opinione obiecta timiditatis, temperantem & modestum intemperantiæ, liberalè & magnificum sordium & auaritiæ terrentes, ad honesta excita-

mus, & à turpibus depellimus, & vbi remedio mali locus nõ est relictus, ibi mediocres nos gerimus, inq; libertate dicendi plus miserationis ac mæsticiæ quàm reprehensionis adhibemus: in puniendis autem delictis, & oppugnandis animi prauis motibus vehementes, inexorabiles, adidũq; sumus. hæc enim occasio beneuolentiæ nihil blandientis, genuinæque libertatis indiget.

Alioquin vituperatione factorum videmus etiam inimicos vti. Et Diogenes dicebat eum qui saluus esse deberet, amicis bonis aut in sensissimis inimicis opus habere: illi enim docent, hi reprehendunt. Præstat verò cõsulentibus obtemperantem vitare peccata, quàm commissa culpa pœnitentiã ob maledicta affici. Atq; hanc ipsam ob rem tanto accuratior cum artificio adhibenda est libertas dicendi, quanto ea maximum est & validissimum in amicitia medicamentũ, 15 occasiois felicem coniectationem & temperiem moderatam requirens. Quia igitur, vt docuimus, libertas dicendi sapenumero molesta ei est, ad quem sanandum adhibetur, imitari debemus medicos. Neq; enim illi vbi sectionem adhibuerunt, partem affectam in dolore relinquunt, sed hunc 20 placidè rigando ac perfundendo amoliuntur: nec qui civiliter verbis obiurgant, acerbitate & morsu orationis defuncti aufugiant, sed alijs colloquijs, sermonibũsq; lenibus demulceant ac recreent. quemadmodũ lapidicæ statuas asperè excisas læuigant atque poliunt. Ictus autem aliquis libera oratione & compunctus, si relinquatur asper animoque ob iram turgente & æstuante, in posterum ad æquanimi- 25 tatem reuocari ac consolando deliniri vix potest. Quare hoc inter præcipua obseruandũ est, ne verbis amicum castigantes, colloquium verbis molestiam afferentibus & irritantibus abrupentes discedamus. 30

*Leniã post
libertatẽ
adhibẽda.*

PLVTARCHI LIBELLVS, QVOMODO quis suos in virtute paranda sentire possit profectus.

Poteritne aliqua, Sossi Senecio, ratione conscius sibi 35 quispiam suorum esse ad virtutem profectum, si nullam ij de stulticia faciunt deminutionem, sed vitium æquali semper pondere appensum
Plumbi instar est, deorsum quo rete trahitur?

Certe

Certe enim ne
aut multica
rum rerum dep
ret. neque meo
cunq; remitt
re efficit, v
ret, ante qua
habitus in
fectus nullus
10 quam in tr
cto momento
animum ad
sensionem v
tis animo lug
15 sectoque n
Non enim ali
ximã vitio
riorem p
non tempor
20 mul exuer
pios implic
tiones, qu
quis etia
bigitico qu
25 alijs, alijs d
viam sen
tita & mag
tat detetra
accideret
30 sapiens, di
sturas ita
Insom
Isne ig
& pruden
35 de videtur
liere fieret
sentiat ali
tinentes for
temporis è
tus Enimu